



15921

CLAVDI  
CELE  
Josephus Leuin

sibus etiam a  
supra omnes n  
res sparsim locu

368 et

H - II - 119

1592

CL<sup>✓</sup> CLAVDIANI

POETAE CELEBERRIMI

omnia que quidem extant opera, ad ueterum exemplariorum fidem quam fieri potuit emendatisime  
excusa: uersibus etiam aliquot, corundem  
beneficio, supra omnes hactenus editio  
tiones sparsim locu  
pletata.



BASILEAE. 1534

CAROLO V TENHOVE O, GE-  
nre & uirtute uerè nobili, Michael  
I singrinus S. D.



Amiliarissimū amicitiae fus-  
el, C A R O L E generose,  
quod musica consuetudine  
leges init nunquam dissolu-  
endas. Sola barbaries exoticos auersa-  
tur. Solae Musæ remotissimos natione  
homines tam arcta necessitate copulat,  
ut nullius foederis religio sit sanctior.  
Interit facile per absentia amicitia teme-  
re conflata, quaçq; caret someto. Fomen-  
tum autem uiuacissimum, frequentes  
inter amicos ultro citroçq; missæ literæ.  
Quod equidem ut sape hac tenus, ita  
nuper uel maxime luculentis comperi  
exemplis, cum forte fortuna in elegan-  
tissimas tuas literas, è Patauio haud ita  
pridem ad me missas, incidere. Quia  
bus quod hac tenus nihil responderim,  
non uoluntas, sed occasio defuit. Occu-  
pationes præterea quibus infinitis utrin-  
que circumspectus, hinc quidem officinæ  
uigilijs, illinc uero domesticis negotijs  
urgentibus, ut plurimum in causa sunt,

E P I S T O L A

quo minus interdum amicis pro uoto  
inseruire queam, sed ab instituto plerū-  
que diuertere, longeçp aliud ac statue-  
ram attentare, alijs super alijs se se inſi-  
nuantibus, necesse habeam. Qui enim  
fieri posset, ut huius ego, quo cum sua-  
uissimē complures adeò noctes ac dies  
quondam exegi, dum apud E R A S =  
M V M summum in literis uirum age-  
res, obliuiscar unquam; Dum itaq; an-  
xius mecum cogito, quodnam amoris  
erga te mei testimoniu ad te mitterem,  
quippe qui tenuitatis mihi conscius fate-  
ri cogor, meam fortunā tuo amori æfti-  
matione nulla respondere posse: ecce  
res nata, non omnino indignam testan-  
dæ amicitiae occasionē offert. Non Vul-  
canium aut Dædaleum hic ad te quic-  
quam mitto, sed in eadem officina na-  
tum munus, unde & Homeri & Ma-  
ronis opera, precio & arte omnem æfti-  
mationem excedentia, prodiere: in ipso  
inquam Helicone ortum, diuinaçp Pal-  
ladis arte elaboratum: C L A V D I A =  
N V M nempe, poëtam caſtū, terſum;  
elegan

N V N C V P A T O R I A.

Elegantem, & omni deniq; uirtute poë-  
tica commendabilem: quem conguere  
tibi quoque rectissime putauī, homini  
quippe poëſeos studiosissimo. Est & alia  
huius tibi dedicandi ratio, singularis illa  
amicitiæ, communisq; patriæ necessitu-  
do, quæ tibi cum eo intercessit, qui mihi  
huius poëtæ emaculationem animam  
agens, ueluti amoris singularis symbo-  
lum, testamento ea lege mādauit, ut stu-  
diosis quibusque meis typis communi-  
carē. Quem tu hic mihi, inquis, C L A V  
D I A N I emendatorē narras: An non  
hūc ipsum ante annos aliquot I O. C A  
M E R S, non ob multijugam solum le-  
ctionem, sed raram etiam in iuuandis  
optimis quibusq; autoribus industriā,  
præcipue suspiciendus uir, tanquam ab  
inferis reuocauit: quem equidem frau-  
dere laude sua improbum planè duxer-  
im. Plurimū enim illis publicē debet  
credo, qui in hoc incumbunt, ut colla-  
pſa per uetusatem scriptorum monu-  
menta restaurent. Atquis sic fiet, ut M I-  
C H A E L B E N T I N V S, sicut sine-

E P I S T O L A

gulari pietatis studio immortalitatem  
cum superis assequutus est, ita propter  
eximiam, qua iuuenis adhuc præditus  
fuit, & sanctam, qua in autorum lucu-  
brationibus reparandis usus est, religio  
nem, æterna inter studiosos commemo-  
ratione, certatim iure optimo celebra-  
ndus sit. Fac collationem, & uidebis quid  
passim lucis ex huius restitutione Clau-  
diano nostro acceſſerit: quot ubiū lo-  
corū uerba natali sensui restituta: quot  
uersibus sparsim auctus, qui dum desi-  
derabātur, quanta obscuritate uates la-  
borauerit, facile studiosus quiuis depre-  
hendet. V̄sus fuit exemplaribus uene-  
randa uetusitate cōmendabilibus: quo-  
rum alterum suppeditauit C A P I T O,  
qui & ipse præter synceroris Theolo-  
giae professionē, humanitatis studia tam  
iuuat assiduo, quam sedulam in illis ope-  
ram semper collocauit. Ea inquam ex-  
emplaria tam acri iudicio quam opera  
diligent contulit: Contulit uero ira, ne  
ambiguis in locis lectori nasuto fraus fie-  
ret: tolerabilem enim utcunque lectio-  
nem

N V N C V P A T O R I A.

nem marginibus assignatam lectoris su-  
percilioſi arbitrio reliquit integrā. Cui  
castigationi, utpote posthumæ, succeſ-  
ſit alia, uelut tutoris officio functa: po-  
ſtremam ſiquidem manum adiecit 10.  
H O N T E R V s Coronensis, qui ut in  
administrandis Musarū ſacrī mire pius  
est, ita ſuceptum hic quoq; tutoris mu-  
nus tānta fide curauit, ut non facile, niſi  
malignus aliquis, diem illi male obitæ  
functionis quisquam dicere poſſit. Cæ-  
terum ne expectes uatis encomiū, qui  
tibi in omni poētarum genere diligen-  
ter uersato, familiarius quam mihi no-  
tus eſt. Laudatissima laus eſt, publico  
doctorum consensu laudari. Neque ui-  
tam autoris, quemadmodum ſolenne  
eſt, hoc loco adjicere operæ preium du-  
xi, quum per antiquitatem, præter ea  
quaæ alij haec tenus de eo posteris reli-  
querunt, habeam nihil. C L A V D I A =  
N V M itaque C A R O L E facti inter  
nos foederis obſidem ad te transmitto,  
quem tuis potiſſimum auſcipijs denuo  
in publicum producere uolui: neque

E P I S T O L A.

aliam certe ob causam, quam ut amici  
tiae tuenda occasionem quan-  
to potui studio mihi quæ-  
sitam intelligeres.

Vale.

Basileæ, Calend. Septemb.

M. D. XXXIIII.

8

I N D E X   O P E R V M   C L A V E  
D I A N I.

- |                                 |          |
|---------------------------------|----------|
| De raptu Proserpinæ,            | Lib. III |
| In Ruffinum,                    | Lib. II  |
| In Eutropium,                   | Lib. II  |
| De bello Gildonico,             | Lib. I   |
| De bello Getico,                | Lib. I   |
| In COSS. Honorij Aug.           | Lib. III |
| In COSS. Manlij Theodori,       | Lib. I   |
| In laudes Stiliconis,           | Lib. III |
| In COSS. Aniciorum fratrum,     | Lib. I   |
| Laus uxoris Stiliconis,         | Lib. I   |
| Laudes Herculis,                | Lib. I   |
| Epithalamium Honorij & Marie.   |          |
| De nuptijs Honorij & Marie,     | Lib. I   |
| Epithalamium Palladij & Serenæ, | Lib. I   |
| Deprecatio ad Hadrianum,        | Lib. I   |
| De senatore Veronensi.          |          |
| De Phoenice.                    |          |
| De Magnete lapide.              |          |
| De Aponis balneis.              |          |
| De Nilo fluvio.                 |          |
| In Alethium questorem.          |          |
| Gigantomachia.                  |          |
| De Christo seruatore.           |          |
| Laus Christi.                   |          |
| Miracula Christi.               |          |

5

## OPERVM CLAVDIANI

De mulibus Gallicis.  
In Curetium.  
In Iacobum magistrum equitum.  
De apro & leone.  
De locusta.  
De torpedine.  
Epistola ad Serenam.  
De phaleris equi Honorij.  
De concha.  
De munib[us] Honorio missis.  
De equo Honorij.  
De Cristallo.  
Epistola ad Olibrium.  
Epistola ad Probinum.  
In sph[eram] Archimedis.  
De Birrho Castoreo.  
De sepulchro Speciose.  
De balneis Quintianis.  
Descriptio portus Zarinen[sis].  
Ad Aeternalem.  
Descriptio Armenti.  
Descriptio insulæ.  
De iracundo.  
De quadriga marmorea.  
De Policaste & perdice.  
De Histriæ.

## INDEX

In podagricum.  
Ad Maximum.  
De paupere amante.  
De pijs fratribus.  
Epistola ad Gennadium.  
De Theodoro & Hadriano.  
In Sirenas.

## OPERVM CLAVDIANI

Indicis finis.

## C L. CLAVDIANI VITA ex Petro Crinito.



L. Claudianus poëta insigne, Archadij & Theodosij temporibus floruit. Patria fuit Alexandrinus, nobilissima urbe Aegypti. Quidam Florentinum faciunt, parum diligenter obseruantes veterum commentarios. Autores Græci, qui Claudiani meminerunt, Alexandrinum appellant: cui sententiae idem autor astipulatur, dum Nilum suum uocat: ut nihil præterea dubitari possit, ei patriam fuisse Alexandriam. Ingenio excellenti fuit, maximeq[ue] apto

ad cārmen cōponendum: nam & aſ-  
ſurgit feliciter, uarijsq̄ figuris ac ſenten-  
tijs mitifīcē delectat, ut uideatur à natu-  
ra ipſa iñſtructus ad poēticā faculta-  
tem. Veriſimile eft eum Romae diu uer-  
ſatum, multasq̄ Italiae urbes peragrat-  
ſe: quod cum alia multa teſtantur, tum  
hi uerſus, quos de balneis Aponis com-  
poſuit. Opera illius ſatis nota ſunt, ſed  
præcipuam laudem iudicio multorum  
ſibi uindicat hiſ carminib. quibus prin-  
cipes uiros ſummiſ laudationibus ſeu  
panegyricis extulit. De raptu Proſerpī-  
nae libros tres ſcripsit, eosq̄ ad Florenti-  
num mifit, ueluti moniumentum ſuā be-  
nevolentia atque optimae uoluntatis.  
Nam cū eo arctiſlima familiaritate con-  
iunctus uixit. Prætero eiusdem poē-  
mata, ep̄ſtolas, & ep̄igrammata, in qui-  
bus de Nilo, de Phœnīce, de Magnete,  
de Criftallo, de balneis Aponis, de tor-  
pedine, de Gallicis mulabuſ, deq̄ alijs  
multis apte & eleganter cārmen deſcri-  
pſit. Auguſtinus & alij ueteres pluri-  
mum commendarunt ingenium atq̄  
erudi

eruditioñem Claudiani, referētes illius  
uersus de laude & uictoria principis  
Theodosij cōtra Eugenium Gallorum  
regem: conſtat enim Theodosij iſpsum  
parua manu contra ingentes barbaro-  
rum copias dimicasse, cæſiſq̄ magna ex  
parte hostibus, clarissima uictoria poti-  
tum, non tam ſuis auſpicijs, quam ope  
& præſidio obortæ tempeſtatis, ſæuen-  
tibus uentis cōtra hostium aciem: quo-  
circa ſic Claudianus elegatiſſime ſcribit:

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis  
Obruit aduersas acies, reuolutaq̄ tela  
Verit in autores, & turbine reppulit hastas.  
O nimium dilecte deo, cui fundit ab antris  
Aeolus armatas hyemes, cui militat æther,  
Et coniurati ueniunt ad clasica uenti.

Idem Claudianus magna ueneratione  
coluit Probum, Probinū, & Olibrium  
uiros cōſulareſ. Gennadium præterea,  
Honorij, Stiliconē, ac Manlium Theos-  
dorū ſingulari ſtudio & incredibili di-  
ligentia prosequitur, teſtatus officium  
ſuum libellis à ſe compositis de illorum  
laudib⁹. Haec ſunt quæ de poēta Clau-

## CLAUDIANI VITA.

diano obseruauimus. De obitu ipsius nihil apud ueteres autores legimus.

## EX VOLATE RAN O.

CLAVDIANVM poëtam Petrarcha dicit fuisse Florentinū. Sed Possidonius qui fuit Claudiani familiaris, dicit Pelusiacum, genitum Canopi. Habeo tamē autores qui originem dicant ē Florentia traduxisse. Nam & pater eius mercaturæ gratia Canopum prosector, uxorem ibi duxit, ex qua genuit Claudianum: quod Colutius Pierius memoria patrū nostrorum scriba Florentinorum epigrammate testatur, quod ponā, ut eius etiam pariter scripta adnotentur:

Aegypto genitum, noua me Florentia ciuem  
Legibus agnouit, magnis iam digna poëtis.  
Infernus raptus, Cereris pugnasq; deorum,  
Cæsareas laudes, necnon Stilonis honores.

Emituit Theodosij temporibus. Amid tiam Stilonis sectatus, in eius laudem, & contra Ruffinum & Gildonem eius æmulos scripsit. Christianum fuisse, ex eius scriptis apparere poterat, nisi Au-

gusti

gustinus in lib. de Ciuit. negasset. Adeò dilectus principib; & Pop. Rom. ut eius sepulchro inscriberent huiuscemo di elogium, quod ante hos annos Romæ repertum in foro Traiani, ac in domum Pomponij Læti translatum est: Claudij Claudiani v. s. Claudio Claudiano v. c. Tribuno & notario, inter cæteras ingētes artes prægloriosissimo poetarum. Licet ad memoriam sempiternā carmina ab eodem scripta sufficiat, attamen testimonij gratia ob iudicij sui fidē D.D. N.N. Arcadius & Honorius fellissimi & doctissimi Imperatores senatu petente statuam

in fo

ro diui

Traiani erigi

collocariq; iusserunt.

Εἰσὶ γὰρ γειτονοὶ νοοῦ οὐ μὲν αὐτῷ δύμάρα  
Κλαυδίανον ἔργαν τελέσθησαν.

# CLAVDII

CLAUDIANI IN RAPTVM

PROSERPINAE, LIBRI

PRIMI PRAEFATIO.

I Nuenta secuit primus qui naue profundum,

Et rudibus remis sollicitauit aquas :

Qui dubijs ausus committere flatibus alnum,

Quas natura negat, præbuit arte uias.

Tranquillis primum trepidus se credidit undis,

Littora secura tramite summa legens.

Mox longos tentare sinus, & linquere terras

Et leni cœpit pandere uela Noto.

Ast ubi paulatim præcepit audacia creuit,

Cordaq; languentem dedidicere metum.

Iam uagus i' irrupit pelago, cœlumq; sequuntus

Aegeas hyemes, Ioniūmq; domat.

Texultat

## CL. CLAUDIANI DE RAPT V

PROSERPINAE LIB. PRIMVS.



Infern raptoris equos afflataq; curru  
Sidera Tænario, caligantesq; profunde  
Iunonis thalamos audaci prodere cantu  
Mens concussa iubet, gressus remouea  
te prophani.

## CLAUDIANI DE RAPTV

Iam furor humanos nostro de pectore sensus  
 Expulit, & totum spirant precordia Phœbum.  
 Iam mihi cernuntur trepidis delubra moueri  
 Sedibus, & claram differgere culmina lucem,  
 Aduentum testatae dei, iam magnus ab imis  
 Auditur fremitus terris, templumq; remugit,  
 Cecropium, sanctasq; faces extollit Eleusis.  
 Angues Triptolemi stridunt, & squammea curuis  
 Colla leuant attrita iugis, lapsuq; sereno  
 Erecti roseas tendunt ad carmina cristas.  
 Ecce procul ternis Hecate uariata figuris  
Tenuis Exoritur, & laetusq; simul procedit Iacchus  
 Crinali florens hedera, quem Parthica uelat  
 Tigris, & auratos in nodum colligit unges.  
 Ebria Meconis fulcit uestigia thyrsis.

Di, quibus in numerū uacui famulantur Auerni,  
 Vulgus iners, opibus quorum donatur uaris  
 Quicquid in orbe perit, quo Styx lucentibus ambit  
 Interfusa uadis, & quo fumantia torquens  
 Aequora, uorticibus Phlegeton perlustrat anhelis,  
 Vos mihi sacrarum penetralia pandite rerum,  
 Et uictri secreta poli, qua lampade Ditem  
 Flexit Amor, quo ducta ferox Proserpina curru  
 Possedit dotale Chaos, quantasq; per oras  
 Sollicito genitrix errauerit anxia cursu.  
 Vnde datae populis fruges, & glande relicta

Cesserit

## PROSERPINÆ LIB. II.

Cesserit inuentis Dodonia quercus aris.  
 Dux Erebi quandam tumidas exarsit in iras  
 Praetia moturus superis, quod solus egeret  
 Connubij, sterilesq; diu consumeret annos,  
 Impatiens, nescire torum nullasq; mariti  
 Illeccbras, nec dulce patris cognoscere nomen.  
 Iani que eunq; latent ferali monstra Barathro,  
 In turmas aciemq; ruunt, contraq; Tonantem  
 Conurant Furiæ, crinitaq; fontibus hydris  
 Tisiphone, quatiens infesto lumine pinum  
 Armatos ad castra uocat pallentia manes.  
 Penè reluctatis iterum pugnantia rebus  
 Rupissent elementa fidem, penitusq; reuulso  
 Carcere, laxatis pubes Titania uincis  
 Vidisset celeste iubar, rursumq; cruentus  
 Aegeon positis & arcto de corpore nodis  
Tauclio Obuia centeno uexasset fulmina motu.  
 Sed Parcae uetue minas, orbiq; timentes  
 Ante pedes, soliumq; ducis fudere seueran  
 Caniciem, genibusq; suas cum supplice fletu  
 Admouere manus, quarum sub iure tententur  
 Omnia, que seriem fatorum pollice ducunt,  
 Longaq; ferratis euoluunt secula pensis.  
 Prima fero Lachesis clamabat talia regi  
 Inultas dispersa comas, O maxime noctis  
 Arbitr, umbrarumq; potens, cui nostra laborant

A. 2

CLAVDIANI DE RAPTV

Stamna, qui finem cunctis, et semina prebes,  
 Nascedisq; uices alterna morte rependis,  
 Qui uitam, letumq; regis, nam quicquid ubiq;  
 Gignit materies, hoc te donante creatur,  
 Debeturq; tibi certisq; ambagibus aui,  
 Tortus Rursus corporeos animae mittuntur in artus.  
 Ne pete firmatas pacis dissoluere leges,  
 Quas dedimus, ne uitq; colus, neu foedera fratrum  
 Ciuii conuerte tuba: cur impia tollis  
 Tillicitas Signa? quid? incestas aperis Titanibus auras?  
 Posce louem, dabitur coniunx, uix ille pepercit,  
 Erubuitq; preces, animusq; relanguit atrox.  
 Quamuis indocilis flecti, Ceu turbine rauco,  
 Cum grauis armatur Boreas glacieq; niuali  
 Hispidus, et Gettice concretus grändine pennas  
 Flare cupit, pelagus, sylvas, camposq; sonoro  
 Flamme rapturus, si forte aduersus abenos  
 Aeolus obiecit postes, uanefecit inanis  
 Impetus, et fracta redenti in claustra procella.  
 Tum Maia genitum, qui feruida dicta reportet,  
 Imperat acciri, Cyllenius astigit ales  
 Somniferam quatiens uirgam, tectusq; galero.  
 Ipse rudi fultus solio, nigris uerendus  
 Maiestate sedet, squalent immaria foedo  
 Sceptra situ, sublime caput moestissima nubes  
 Aferat, et diræ riget inclemens formæ.  
 Terrorem

PROSERPINÆ LIB. I.

Terrorem dolor augebat, tunc talia celso  
 Ore tonat, tremefacta silent dicente tyramo  
 Atria latratum triplicem compescuit ingens  
 Ianitor, et prepresso lacrymarum fonte resedit  
 Cocytus, tacitisq; Acheron obmutuit undis,  
 Et Phlegethon, et requierunt murmura ripæ.  
 Atlantis Tegeæ nepos, cōmune profundis,  
 Et superis numen, qui fas per limen utrumq;  
 Solus habes, geminoq; facis cōmertia mundo,  
 I celeres proscinde notos, et iussa superbo  
 Redde ioui, Tantum ne tibi seuiissime fratrum  
 In me iuris erit, si nobis noxia iures  
 Cum coelo fortuna tulit, non robur, et arma  
 Perdidimus, si raptæ dies, an forte iacentes  
 Ignauosq; putas quod non Cyclopeia tela  
 Stringimus, aut uanas hominum deludimus aures?  
 Nonne satis uisum est, grati quod luminis expers  
 Tertia supreme patior diffendia sortis?  
 Informesq; plagas? cum te Letisimus ornat  
 Signifer, et uario cingant splendore Triones.  
 Sed thalamis etiam prohibes, Nereia Glauco  
 Neptunum gremio complectitur Amphitryte.  
 Te consanguineo recipit post fulmina fessum  
 Iuno sinu, quid enim narrem Latonia farta?  
 Quid Cererè? magnanq; Themis? tibi tantæ cre-  
 Copia? te felix natorū turba coronat. (andi

## CLAUDIANI DE RAPTV

Ast ego deserta moerens inglorius aula  
 Implacidas nullo solabor pignore curas.  
 Non adeò toleranda quies, primordia testor  
 Noctis & horrenda stagna intemerata paludis.  
 Si dicto parere negas patofacta ciebo  
 Tartara, Saturni ueteres laxabo catenas.  
 Isolem Obducam tenebris & lucem, compage soluta  
 Jaēr Lucidus umbrofo miscebiur & axis Auerno.  
 Vix ea fatus erat, iam nuncius astra tenebat,  
 Audierat mandata pater, secumq; uolutat  
 Diuersos ducens animos, que tale sequatur  
 Coniugium, Stygiocq; uelit pro sole recessus.  
 Certa requirenti tandem sententia sedit.  
 Aetna & Cereri proles optata uirebat  
 Vnica, nec tribuit sobolem Lucina secundam.  
 Fessaq; post primos haeserunt uiscera partus,  
 In secunda quidem, sed cunctis altior extat  
 Matribus, & numeri damnum Proserpina pensat.  
 Hanc fouet, hanc sequtur, uitulā non blandius ambit  
 Torua parens, pedibus que nondū proterit arua,  
 Nec noua lunata curuauit germina frontis.  
 Iam uicina toro plenis adoleuerit annis  
 Virginitas, tenerum iam Pronuba flamma pudore  
 Sollicitat, mixtaq; tremit formidine uotum.  
 Personat aula procis, pariter pro uirgine certant.  
 Mars clypeo melior, Phoebus præstantior arcu.

Mars

## PRO SERPINÆ, LIB. I. 4

Mars donat Rhodopen, Phoebus largitur Amyclas  
 Et Delon, Clariosq; lares, hinc emula Iuno,  
 Hinc poscit Latona nurum, despexit utrunq;  
 Flaua Ceres, raptuacq; timens (heu cæca futuri)  
 Commendat Siculis furtim sua pignora terris,  
 Infidis natam laribus cominiſit alendam.  
 Aetheria deferuit, Siculasq; relegat in oras  
 Ingenio confusa loci, Trinacria quondam  
 Italia pars una fuit, sed pontus, & aſtus  
 Mutauere situm, rupit confinia Nereus  
 Victor, & abſcissos interluit æquore montes,  
 Paruaq; cognatas prohibent discrimina terras.  
 Nunc illam socie raptam tellure trisulca  
 Opponit natura mari, caput inde Pachyni  
 & respicit Ionias protensis rupibus iras,  
 Hinc latrat Gtula Thetis, Lilybaeaq; pulsat  
 & Brachia consurgens, hinc dignata & teneri  
 Concudit obiectum rabies Tyrrhenæ Pelorum  
 In medio scopulis se porrigit Aetna perustis,  
 Aetna Giganteos nunquam tacitura triumphos,  
 Encheladi bustum, qui saucia & membra reuinclus  
 Spirat in exhaustum flagrantī & peccore sulfur,  
 Et quoties & detrectat onus ceruice rebelli  
 In dextrum, leuumq; latus, tunc in ſuſa fundo  
 Vellitur, & dubie nutant cum mœnibus urbes  
 Aetnaeos apices ſolo cognoscere uisu,

† Respuſit

† Littora  
 † moueri

† terga  
 † uulnere  
 uirus  
 † deiecat

A 4

CLAUDIANI DE RAPTV

Non aditū tentare licet, pars cetera frondet  
 Arboribus, teritur nullo cultore cacumen.  
 ¶ uomit Nunc † mouet indigenas nymbos, piceāq; grauatis  
 Fœdat nube diem, nunc motibus astra laceſit  
 Terrificis, dāmnisq; suis incendia nutrit.  
 Sed quānū nimio feruens exuberet æſtu,  
 Scit niubus seruare fidem, pariterq; fauillis  
 Dureſcit glacies tantū ſecur a uaporis.  
 Arcano defensa gelu, fumoq; fideliſ,  
 Lambit contiguas innoxia flamma pruinias.  
 Quæ scopulos tormenta rotent, quæ tanta cauernas  
 Vis glomeret, quo fonte ruat Vulcanius ignis,  
 Siue quod obicibus diſcurrēns uentus apertis  
 Offendo per saxa furit rimosa meati,  
 Dumſcrutatur iter libertatemq; reponſens  
 Putrida multiuagis populatur flatibus antra.  
 Seu mare ſulfurei ductum per uiscera montis  
 Oppreſſis ignescit aquis, & pondere librat,  
 Hic ubi ſeruandum mater fidiflora pignus  
 Abdidit, ad Phrygios tendit ſecura penates,  
 Turrigeramq; petit Cybelem, ſinuosa draconum  
 ¶ peruia Membra regens, uolueri †q; per auiā nibula tractu  
 Signant, & placidis humectant frena uenenis.  
 Frontem crista tegit, pinguit maculosa uirentes  
 Terga note, rutilum ſquammis intermicat aurum  
 ¶ leues Nunc † ſpiris Zephyros tranant, nunc arua uolatu

Inferior

PROSERPINÆ. LIB. I.

Inferiore ſecant, cano rota puluere labens  
 Sulcatam ſecondat humum, flauſeſit ariftis.  
 Orbita, ſurgentis † ſcindunt uſtigia † fruges.  
 Veſtit iter comitata ſegeſ, iam linquitur Aetna,  
 Totaq; deſcreſcit refugo Trinacria uſu.  
 Heu quoties preſaga mali uiolauit oberto  
 Roſe genas, quoties oculos ad teſta retorſit.

Talia uoce mouens, Salue gratiſima tellus,  
 Quam nos preſulimus celo, tibi gaudia noſtri  
 Sanguinis, & charos uteri cōmendo laboreſ,  
 Præmia digna manent, nullos patiere ligones,  
 Et nullo rigidi uerſabere uomeris iſtu.  
 Sponti tuus florebit ager, ceſſante iuuenco.  
 Dition oblatas mirabitur incola messes.  
 Sic ait, & fuluis ſerpentibus attigit Iden  
 Hic ſedes † anguſta de.e, templiq; colendi  
 Religioſa filex, densis quam pinus obumbrat  
 Frondibus, & nulla lucos agitante procella  
 Stridula corniferis modulanſt carmina ramis.  
 Terribiles intus Thyazi, uefanaq; mixto  
 Concentu delubra gemunt, ululatibus Id.e  
 Bacchatur, timidas inclinanſ Gargara ſylvas.

Postquam uifa Ceres, mugitu tympana frenant.  
 Contiuere chori, Corybas non impulit enſem.  
 Non buxus, non æra ſonant, blandiq; leones  
 Summiſere iubas, adytis gaufa Cybelle

† condit  
 † culmi

† augusta

A 3

CLAVDIANI DE RAPT V

Exilit, & pronas intendit ad oscula turrem.

Viderat hæc dudum summa speculatorus ab arce  
Iuppiter, & Veneri mentis penetralia nudat.

Curarum secreta tibi Cytherea fatebor,  
Candida T artareo nuptum Proserpina regi  
Iam dudum decreta dari, sic Atropos urget  
Sic cecinit longæua Themis, nunc matre remota  
(Rem peragit tempus) fines invade Sicanos  
Et Cereris prolem patulis illudere campis,  
Craftina puniceos cum lux detexerit ortus,

Falle  
† Coge tuis armata dolis, quibus urere cuncta  
Me quoq; sepe soles, cur ultima regna quiescant?  
Nulla sit immunis regio, nullumq; sub umbris,  
† Pectus inaccessum Veneri, iam tristis Erynnis  
Sentiat ardores Acheron, Ditisq; feueri  
Ferreæ lascivis mollescant corda sagittis.

Accelerat precepta Venus, iussuq; parentis  
Pallas, & inflexo terret quæ Mænala cornu  
Addunt se comites, diuino semita gressu

Teanduit  
† Claruit, Augurium qualis laturus in orbem  
Præcepis sanguineo delabitur igne Cometes  
Prodigiale rubens, non illum nauita tutò,  
Non impune uident populi, sed crine minaci

Inubibus  
ignes  
Nunciat, aut ratibus uentos, aut † urbibus hostes.  
Deuenere locum, Cereris qua tecta nitebant  
Cyclopum firmata manu, stant ardua ferro

Mœnia,

PRO SERPINÆ, LIB. I.

Mœnia, ferrati postes, immensaq; nec sit  
Claustra calybs, nullum tanto sudore Pyramon,  
Nec Steropes construxit opus, nec talibus unquam  
Spirauerit notis anime, nec † flumine tanto

Incoctum maduit lassa † ceruice metallum.

Atria cingit ebur, trabibus solidavit ahenis  
Culmen, & in celas surgunt electra columnas.  
Ipsa domum tenero mulcens Proserpina cantu,  
Irrita texebat redditur, & munera matri.

Hic elementorum seriem, sedesq; paternas  
Insignib; acu, ueterem qua lege tumultum  
Discrevit natura parentis, & semina iustis  
Discessere locis. quicquid leue fertur in altum,  
In medium grauiora cadunt, incanduit æther,  
Egit flamma polum, fluxit mare, terra pependit  
Nec color unus erat, stellæ accendit in auro,  
Ostro fundit aquas, attollit littora gemmis,  
Filaq; mentitos † subter celantia fluctus,

Arte tument, credas illidi cautibus † algam,

Et raucum bibulis in spere murmur arenis,  
Addit quinque plagas, median sub tegmine rubro  
Obsessam feruore notat, squalebat adustus  
Limes, & a siduo sitiabant stamina sole.

Vitales utring; duas, quas mitis oberrat  
Temperies habitanda uiris, cum fine supremo  
Torpentes traxit geminas, brumaq; perennis

†iamiam  
curvantia  
†alos

## DE RAP. PROSERP. LIB. I.

Tercontristat Feodat, & aeterno † constringit frigore telas.  
 Ter singit Necnon & patrui † pingit sacraria Ditis,  
 Fatalisq; sibi manes, nec desuit omen.  
 Praefia nam subiis maduerunt fletibus ora.  
 Ceperat & uitreis summo iam margine texti  
 † simulare O ceanum † sinuare uadis, sed cardine uerso  
 Sensit adesse deas, imperfectumq; laborem  
 Deserit, & niveos inficit purpura uultus,  
 Per liquidas succensa genas, castiq; pudoris,  
 Illuxere faces, non sic decus ardet eburnum  
 Lydia Sidonio quod foemina tinxerit ostro.  
 Merferat unda diem, sparsa nox humida somno  
 Languida coeruleis inuexerat ocia bigis,  
 Ter superas Iamq; viam Pluton † Siculas mollitur ad † arces  
 Ter auræ Germani monitu, toruos iniusa iugales  
 Alecto temone ligat, qui pascua mandunt  
 Cocyti pratisq; Erebi nigrantibus errant,  
 Stagnaq; tranquillæ potantes marcida Lethes  
 Aegra soporatis s̄pumant obliuia linguis.  
 Orphneus crudele micans, Ethonq; sagitta  
 Ocyor, & flygij sublimis gloria Nycteus  
 Armenti, Ditisq; nota signatus Alastor  
 Stabant ante fores iuncti, secumq; fremebant  
 Crastina uenturæ spectantes gaudia præde.

LIBRI PRIMI FINIS.

## PRAEFATIO LIB. SECUNDI.

7

**O**Cia sopitis ageret cum cantibus Orpheus  
 Neglectumq; diu depositusset opus.  
 Lugebant erepta sibi solatia nymphæ,  
 Lugebant dulces flumina moesta modos.  
 Seua feris natura redit, metuensq; leonum  
 Implorat ciubaræ uacca tacentis opem.  
 Illius, & duri fleuere silentia montes  
 Syluaq; Bistoniam sepe secuta chelym.  
 Sed postquam Inachijs Alcides missus ab Argis  
 Thracia pacifero contigit arua pede,  
 Diraq; sanguinei uertit præsepia regis,  
 Et Diomedeos † gramine pauit equos,  
 Tum patriæ festo letatus tempore uates  
 Desuetæ † repetit filia canora lyrae.  
 Et residet leni modulatus pectine neruos  
 Pollice festiuo † nobile duxit ebur.  
 Vix auditus erat, uenti sternuntur, & unde.  
 Pigror astrictis torpuit Hebrus aquis.  
 Porrexit Rhodope sittentes carmina † montes.  
 Excusbit gelidas pronior Ossa niues.  
 Ardua nudato descendit populus Aemo,  
 Et comitem quericum pinus amica trahit.  
 Cyrrhaæ asq; dei quamvis despixerit artes,  
 Orphæ laurus uocibus apta uenit.  
 Securum blandi leporem souere molossi,  
 Vicinumq; lupo prebuit agna latus.

† sanguine

† reparat

† mobile

† trupes

DE RAP. PROSERP. LIB. I.

Concordes uaria ludunt cum tigride dame  
Maffylam cerui non timuere iubam.  
Ille nouercates stimulos actusq; canebat  
Herculis, & forti monstra subacta manu.  
Qui timidæ matri pressos ostenderit angues  
Intrepidusq; sero riserit ore puer.  
Te neq; Dicitas quatiens mugitiibus urbes  
Taurus, non Stygij terruit ira canis.  
Non leo sidereo cœli redditurus ad axes,  
Non Erymanthæ gloria montis aper.  
Solus Amazonio cinctus Stymphalidas arcus  
Appetis, occiduo duis ab orbe greges.  
Tergeminisq; ducis numeroso deicis artus.  
Et toties uno uictor ab hoste redit.  
Non cadere Antæo, non crescere profuit hydræ  
Nessum celeres imaduit  
Tstupiuit  
Maxima Thety's  
Placidus ducis in ore be chorus

Non † ceruan uolucres eripuere pedes.  
Caciflamma perit, † rubuit Busiride Nilus,  
Prostratis rubuit nubigenis Pholoë,  
Te Libyci † timuere sinus, te † maximus Atlas  
Horruit, imposito cum premerere polo.  
Firmior Herculea mundus ceruice pependit,  
Lustrarunt humeros Phœbus, & astra tuos.  
Thracius hæc uates, sed tu Tirynthius alter  
Florentine mibi nam mea plectra moues.  
Antraq; musarum longo torpentina sonno  
Excutis, & † placidos ducis ab ore sonos.

Cla

CLAVDII CLAVDIANI DE  
RAPTV PROSERPINÆ  
LIBER SECUNDVS.

**I**mpulit Ionios premiso lumine fluctus  
Nondum pura dies, tremulis fibratur  
in undis,  
Ardor, & errantes ludunt per cœrula flammæ  
Iamq; audax animi, fidæq; oblita parentis  
Fraude Dionæa riguos Proserpina saltus  
(Sic pareæ † iussore) petit, ter cardine uerso  
Præ sagæ cecinere forens, ter conscia fati  
Flebile terrificis genui mugitiibus Aetna.  
Nullis illa tamen monstris, nulloq; mouetur  
Prodigo, comites gressum iunxere sorores.  
Prima dolo gaudens, & tanti conscia furti  
It Venus, & raptus metitur corde futuros.  
Iam durum † flexura Chaos, iam Dite subacto,  
Ingenti famulos manes ductura triumpho,  
Illi multifidos crinis simuatur in orbes  
Idalia diuus acu, sudata marito  
Fibula, purpureos gemma suspendit amictus.  
Candida Parrhasij post hanc regina Lyæi,  
Et Pandionias que cuspide protegit arcæ,  
Vtræq; virgo ruunt, hec trijstibus afferat bellis  
Hæc metuenda feris, Tritonia caside filia  
Calatum Typhona gerit, qui summa peremptus

Tuoluere

† domitura

CLAUDIANI DE RAPTV

Ima parte uiget, moriens & parte superstes,  
 Ferro Hastaqū, terribili surgens per nubila † gyro  
 Instar habet sylue, tantum stridentia colla  
 Gorgonis optentu pale fulgentis obumbrat.  
 At Triuie lenis species, & multus in ore  
 Frater erat, Phœbiqū genas, & lumina Phœbi  
 Esse putes, solusqū dabant discrimina sexus,  
 Brachia nuda nitent, leuibus proiecunt auris  
 Indociles errare comas, arcuqū remisso  
 Ocia neruus agit, pendent post terga sagittæ,  
 Crispatur gemino uestris Cortynia cinctu  
 Poplite fusa tenuis, motoqū in flamine Delos  
 Errat, & aurato trahitur circumflua ponto.  
 Quas inter Cereris proles nunc gloria matris,  
 Mox dolor, æquali tendit per gramina passu,  
 Nec membris nec honore minor, potuitqū uideri  
 Pallas, si clypeum ferret, si spicula, Phœbe,  
 Collectæ tereti nodantur laſphide uestes,  
 Pectinis ingenio nunquam felicior arti  
 Contigit euentus, nulli sic consona tele  
 Fila, nec intantum ueri duxere figuram.  
 Hic Hyperionio Solem de semine nasci  
 Fecerat, & pariter Lunam sed diffpare forma  
 Tuices Aurora, noctisqū † duces, cunabula Thetys  
 Præbet, & infantes gremio solatur anhelos,  
 Cœruleusqū sinu rosis radiatur alumnis.

Inuaidum

PROSERPINÆ, LIB. II.

Inuaidum dextro portat Titana lacerto  
 Nondum luce grauen, nec pubescitibus alte  
 Cristatum radijs, primo clementior euo  
 Fingitur, & tenerum uagitu despuit ignem.  
 Læua parte soror uitrei libamina potat  
 Vberis, & paruo signantur tempora cornu.  
 Tali luxuriat culta, comitantur euentem  
 Naiades, & socia stipant utring; † corona  
 Quæ fontes † Crimissi tuos, & saxa rotantem,  
 Pantagian, nomenqū Gelan qui prebuit urbi,  
 Concelebrant, quas pigræ uado Camarina palustri,  
 Quas Arethusei latices, quas aduena nutrit  
 Alpheus, Cyane totum supereminet agmen.  
 Qualis Amazonidum Peltis exultat † ademptis  
 Pulchra cohors, quoties Arcton populata uirago  
 Hippolyte, niueas dicit post prelia turmas,  
 Seu flaues strauere Geias, seu forte rigentem  
 Termodoontiacâ Tanaim fregere securi.  
 Aut quales referunt Baccho solennia Nymphæ  
 Maeonia quas Hermus altit, ripasqū paternas  
 Percurrunt auro madide, letatur in antro  
 Amnis, & undantem declinat prodigus urnam.  
 Viderat herboſo sacrum de uertice uulgas  
 Aetna parens florum, curuaqū in ualle sedentem  
 Compellat Zephyrum, Pater ô gratissime ueris,  
 Qui mea laſciuo regnas per prata uolatu,

†caterus  
 TSut q Era  
 fine legant.

## CLAVDIANI DE RAPTV

Semper, & aspidis irroras flatibus annum,  
 Respice Nymphaeum coetus, & celsa Tonantis  
 Germina, per nostros dignantia ludere campos.  
 Nunc adfis, faucaq[ue]s precor, nunc omnia foetus  
 Pubescat uirgulta uelis, ut fertilis Hybla  
 Inuideat, uinciq[ue] suos non abnuat hortos.  
 Quicquid thuriferis spirat Panchaia syluis,  
 Quicquid odoratus longe blanditur Hidaspes,  
 Quicquid ab † externis ales longæua † colonie  
 Colligit, † optati referens exordia seculi  
 In uenias disperge meas, & flamine largo  
 Rura foue, ut merear diuino pollice carpi,  
 Et nostris cupiant ornari numina fertis.  
 Dixerat, ille nouo madidante necare pennas  
 Concutit, & glebas secundo rore maritat,  
 † rubor Quaq[ue] uolat, uernus sequit † color, omnis in herbas  
 Turget humus, medioq[ue] patent conuexa sereno,  
 Sanguineo splendore rosas, uaccinia nigro  
 † Induit, & dulci uolas ferrugine pingit,  
 Parthica quæ tantis uariantur cingula † gemmis  
 Regales iunctura sinu? quæ uellera tantum  
 Diibus Assyri spumis fuscantur abeni?  
 Non tales uolucris pandit Iunonia pennas.  
 Nec sic inumeros arcu mutante colores  
 Incipiens redimitur hyems, cum tramite † flexo  
 Sentita discretis interuiret humida nimbis.

Forma

## PRO SERPINÆ, LIB. II.

1a

Forma loci superat flores, curuata tumore  
 Parvo planicies, & mollibus edita clivis  
 Creuerat in collem, niueo de pumice fontes  
 Roscida mobilibus lambebant gramina riuis.  
 Syluaq[ue] torrentes ramorum frigore soles  
 Temperat, & † modico brumâ sibi uendicat æstu. † media  
 Aptæ fretis abies, bellis accommoda cornus,  
 Quercus amica Ioui, tumulos tectura cupressus,  
 Ilex plena fuis, uenturi præscia laurus  
 Fluctuat, hinc denso crispata cacumine buxus,  
 Hic hedera serpuit, hic pampinus induit ulmos.  
 Hand procul inde lacus (Pergam dixere Sicani)  
 Panditur, & nemorum frondoso margine cinctus  
 Vicinis palecit aquis, admittit in altum  
 Cernentes oculos, & late peruius humor  
 Dicit inoffensos liquido sub gurgite usus,  
 Imq[ue] perspicui prodit secreta profundi.  
 Huc elapsa cohors gaudet, per florea rura,  
 Hortatur Cytherea legant. Nunc iie forores  
 Dum matutinis præsudat solibus aër,  
 Dum meus humectat flauentes Lucifer agros,  
 Roranti proectus equo. Sic fata, † crux  
 Carpit signa sui, uarios tum cætera saltus  
 Inuasere cohors, credas examina fundi  
 Hyblæum raptura thymum, cum cerea reges  
 Castra mouent, sagiq[ue] caua demissus ab alio

† cruoris  
 non dolos  
 sis Policia  
 nus legit  
 Miscellan.  
 cap. II.

B 2

CLAVDIANI DE RAPTV

Mellifer electis exercitus obstrepit herbis.  
 Pratorum spoliatur honos, haec lilia fuscis  
 Intexit violis, hanc mollis Amaranthus ornat,  
 Haec graditut stellata rosis, haec alba ligustris.  
 Te quoque flebilibus moerens Iacynthe figuris,  
**germina** Narcissus metunt, tunc inclita † gramine ueris,  
 Prastantes olim pueros, tu natus Amiclys,  
 Hunc Helicon genuit, te disci perculit error,  
**recussa** Hunc fontis decepit amor, te fronte † retusa  
 Delius, hunc fracta Cephalus arundine luget.  
 Aestuat ante alias avido feruore legendi  
 Frugifera spes una deo, nunc uimine textos  
 Ridentes calathos folijs agrestibus implet,  
 Nunc sociat flores, sequeq; ignara coronat.  
 Augurium fatale tori, quippe ipsa tubarum,  
 Armorumq; potens, dextram qua fortia turbat  
 Agmina, qua stabiles portas et moenia uellit,  
 Iam leuibus laxat studijs, hastamq; reponit,  
 Insolitusq; docet galeam mitescere fertis,  
 Ferratus lascivit apex, horrorg; recepit  
 Martius, et crista placato fulgire uernant.  
 Nec que Parthenium canibus scrutatur odoris  
 Aspernata choros, libertatemq; comarum  
 Iniecta uoluit tandem frenare corona.  
 Talia virgineo paſsim dum more geruntur,  
 Ecce repens mugire fragor, configere turres

Pronaq;

PROSERPINAE, LIB. II.

Pronaq; uibratis radicibus oppida uerti.  
 Causa latet, dubios agnouit sola tumultus  
 Diua Paphi, mixtoq; metu perterrita gaudet.  
 Ianq; per anfractus animarum rector opacos  
 Sub terris quererebat iter, grauibusq; gementem  
 Encheladum calcabat equis, immunita findunt  
 Membra rotæ, pressaq; graui ceruice laborat  
 Sicanum cum Dite ferens, tentatq; moueri  
 Debilis, et febris serpentibus impedit axem,  
 Fumida sulfureo prolabitur orbita dorso.

Ac uelut occultus securum prodit in hostem  
 Miles, et effosi subter fundamina campi,  
 Transfilit † inclusos arcano limite muros,  
 Turbaq; deceptas uictrix erumpit in arcis,  
 Terrigenas imitata uiros, sic tertius heres  
 Saturni † tenebrofa uagis rimatur habenis  
 Deuia, fraternum cupiens exire sub orbem.  
 Ianua nulla patet, prohibebant undiq; rupes  
 Oppositæ, † duraq; deum compage tenebant.  
 Non tulit ille moras, indignatusq; trabali  
 Saxa feriū sceptro, Siculæ sonuere cauerne,  
 Turbatur Liparis, stupuit fornace relicta  
 Mulciber, et trepidus deiecit fulmina Cyclops.  
 Audijt, et si quem glacies alpina coerces,  
 Et quite latis nondum præcincte trophæis  
 Tybrinat, missamq; Pado qui remigat Alnum.

+ elusos

+ latebrofa

+ solita

B;

CLAVDIANI DE RAPTV

Sic cum Thessaliam scopulis inclusa teneret  
Pene stagnante palus, & mersa negaret  
Arva colli, tristida Neptunus cuspide montes.  
Impulit aduersos, tum forti saucius idu  
Disiluit gelido uertex Ossae Olympo.  
Carceribus laxantur aquæ, fractoq; meatu,  
Rediuntur fluuij; mari, tellusq; colonis.  
Postquam uicta manu duros Trinacria nexus  
Solutus, & immenso late discessit hiatus,  
Apparet subitus cœlo timor, astræ uiarum  
Mutauere fidem, uetito se proluit Arctos  
Aequore, precipitat pigrum formido Bootem.  
Horruit Orion, audito palluit Atlas  
Hinnitu, rutilos obscurat anhelitus axes  
Discolor, & longa solitos caligine pasci  
Terruit orbis equos, preßis hæcere lupatis  
Attoniti meliore polo, rursusq; uerendum  
In Chaos obliquo certant temone reuerti.  
Mox ubi pulsato senserunt uerbera tergo,  
Et solem didicere pati, torrentius amne  
Hyberno, tortaq; ruunt pernicius hasta.  
Quantum non iaculum Parthi, non impetus Austri,  
Non leue sollicitæ mentis discurrevit acumen.  
Sanguine frena calenti, corruptit spiritus auræ  
Letifer, infectæ spumis uiciantur bareæ.  
Diffugunt Nymphae, rapitur Proserpina curru.  
Imploraq;

PROSERPINÆ, LIB. II.

Imploratq; deas, iam Gorgonis ora reuelat.  
Pallas, & intento festinat Delia cornu.  
Nec patruo cedunt, stimulat cōmuniis in armis  
Virginitas, crimenq; feri raptoris acerbat.

Ille uelut stabuli decus, armentiq; iuuencam  
Cum leo possedit, nudataq; † peitora fudit  
Vnguib; & rabiem totos excit in armos  
Stat crassa turpis sanie, nodosq; iubarum  
Excudit, & uiles pastorum despicit iras.

Ignau domitor † mundi, tetricinne fratrum,  
Pallas ait, qua te stimulis facibusq; proph'anis  
Eumenides mouere ? tua cur scde relicta  
Audes Tartareis † mundum incertare quadrigis ?  
Sunt tibi deiformes Diræ, sunt altera Lethes  
Flumina, sunt tristes Furæ te coniuge dignæ,  
Fratriis linque domos, alienam desere sortem.  
Nocte tua contentus abi, quid uiua sepultis  
Admises ? nostrum quid proteris aduenamundum?  
Talia uociferans auidos transire minaci,  
Cornipides umbone ferit, clopeiq; retardat  
Obice, Gorgoneisq; premens asibilat hydris,  
Pretenatisq; aperit cristas, libratur in ictum  
Fraxinus, & nigros illuminat obvia currus.  
Missaq; penè foret, ni Iuppiter ethere summo  
Pacificas rubri torrisset luminis alas,  
Confessus † generum nimbis Hymenæus hyulcis

Tuisca

Tuulgi

Teculum

Toccum

CLAUDIANI DE RAPTV

Intonat, & testes firmant connubia flammæ.  
Inuitæ cessere dœc, compescuit arcum  
Cum gemitu, talesq; dedit Latonia uoces.  
Sis memor, ô longumq; uale, reuidentia patris  
Obstitit auxilio, nec nos defendere contra  
Possimus, imperio tinci maiore fatemur.  
In te coniurat genitor, populoq; silenti  
Traderis, heu cupidias non affectura sorores.  
Aequalesq; choros, que te fortuna supernis  
Abstulit, & tanto dannauit sydera luctu ?  
Iam neq; Parthenis innectere retia lustris,  
Nec pharetram gestare libet, securus ubiq;  
Spumet aper, seuq; fremant impune leones.  
Te iuga Taygeti, posito te Menala flebunt  
Venatu, moestoq; diu lugebere Cintho.  
Delphica quintetiam fratris delubra tacebunt.  
Inter a volucru fertur Proserpina curru  
Cæsariem diffusa noto, planctuq; lacertos  
Verberat, & questus ad nubila fundit inanes.  
Cur non torfisti manib; fabricata Cyclopum  
In nos tela pater ? sic me crudelibus umbris  
Tradere ? sic toto placuit depellere mundo ?  
Nulla ne te flectit pietas ? nullum ne paternæ  
Mentis ingest ? tantas quo crimine mouimus iras ?  
Non ego cum rapido seuiret Phlægra tumultus  
Signa deis aduersa tuli, non robore nostro

Off

PROSERPINÆ, LIB. II.

Offa ruinosum uexit glacialis Olympum.  
Quod conata nefas, aut cuius conscientia culpa,  
Exul ad immanes Erebæ detrudor hiatus ?  
O fortunatas, alij quascunq; tulere  
Raptore, saltem communi sole fruuntur.  
Sed mibi uirginitas, pariter cœlumq; negatur,  
Eripitur cum sole pudor, terrisq; relicta  
In felix Stygio ducor captiuæ tyranno.  
O male dilecti flores, despœctaçq; matris  
Consilia, ô Veneris deprensæ serius artes.  
Mater iò, seu te Phrygijs in uallibus Idæ  
Migdonio buxus circumsonat horrida cantu,  
Seu tu sanguineis ululantia Dindyma Gallis  
Incolis, & strictis Curetum despiciens enses.  
Exitio succure meo, compescit furentes,  
Comprise ferales torui prædonis habens.  
Talibus ille ferox dictis, fletuq; decoro  
Vincitur, & primi suspiria sentit amoris.  
Tunc ferrugineo lacrymas detergit amictu,  
Et placida moestum solatur uoce dolorem.  
Desine funestis animum Proserpina curis  
Et uano uexare metu, maiora dabuntur  
Sceptra, nec indigni tedas patiere mariti.  
Ille ego Saturni pylcs, cui machina rerum  
Seruit & immensum tendit per inane potestas.  
Amissum ne crede diem, sunt altera nobis

B

## CLAVDIANI DE RAPTV

Sidera sunt orbes alij, lumenq; uidetis  
 Purius, Elysiosq; magis mirabere campos,  
 Cultoresq; pios, illuc preciosior ætas  
 Aurea progenies habitat, semperq; tenemus,  
 Quod superi meruere semel, nec mollia desunt  
 Prata tibi. Zephyris illic melioribus balant  
 Perpetui flores, quos nec tua protulit Actæna.

**T A uerni** Est etiam lucis arbor prædiues + opacis  
 Fulgentes viridi ramo curvata metallo,  
 Hæc tibi sacra datur, fortunatumq; tenebris  
 Autumnum, & fulvis semper ditabere pomis.  
 Parua loquor, quicquid liquidus cum plectitur aer  
 Quicquid alit tellus, quicquid maris æquora uerrue  
 Quod fluuij uolunt, quod nutriuere paludes,  
 Cuncta tuis pariter cedent animalia regnis,  
 Lunari subiecta globo, qui septimus auræ  
 Ambit, & eternis mortalia separat astris.  
 Sub tua purpurei uenient uestigia reges  
 Deposito luxu, turba cum paupere mixti.  
 Omnia mors æquat, tu damnatura nocentes,  
 Tu requiem latura pijs, te iudice fontes  
 Improba cogentur uitæ comissa fati.  
 Accipe Letheo famulas cum gurgite Parcas.  
 Sic fatum quodcumq; uelis. Hæc fatu orantes  
**T Tanara** Exhortatur equos, & + Tartara mitior intrat.  
**T molitor** Conuenient animæ quantas + truculentior Auster

Decutis

## PROSERPINÆ, LIB. II. 14

Decutit arboribus frondes: aut nibibus hymbres:  
 Colligit, aut frangit fluctus aut torquet harenas.  
 Cunctaq; præcipiti stiptantur Tartara cursus  
 Insignem uisura nurum, mox ipse serenus  
 Ingreditur facili passus mollescere risu.  
 Dißimilisq; sui dominis intrantibus ingens  
 Assurgit Phlegeton, flagrantibus hispida riuia  
 Barba madet, totog; fluunt incendia uultu.  
 Occurrunt propere lecta de plebe ministri,  
 Pars altos reuocant currus, freni:q; solutis  
 Vertunt emeritos ad pascua nota iugales.  
 Pars aulea tenent, alijs pretexere ramis  
 Limina, & in thalamis cultas extollere uestes.  
 Reginam casto cinxerunt agmine matres  
 Elysiae, tenerosq; leuant sermone + dolores,  
 Et sparsos religant erines, & multibus addunt  
 Flammæa sollicitum præuelatura pudorem.  
 Pallida latetur regio, gentesq; sepulta  
 Luxuriant, epulisq; uacant genialibus umbrae.  
 Grata coronati periegunt coniuia manes.  
 Rumpunt insoliti tenebrosa silentia cantus.  
 Sedantur gemitus Erebi, se sponte relaxat  
 Squalor, & eternam patiunt rarescere noctem.  
 Vrna nec incertas uersat Ninoia fortes.  
 Verbera nulla sonant, nulloq; frementia luctu  
 Impia dilatis respirant Tartara poenis.

† ilmores

## CLAVDIANI DE RAPTV

Non rota suspensum precepit Ixionia torquet.  
 Non aqua Tantalicis subducitur inuida labris.  
 Soluitur Ixion. inuenit Tantalus undas.  
 Et Tityus tandem spacioſos erigit artus.  
 Squalentisq; nouem detexit iugera campi.  
 Tantus erat, laterisq; piger fulcitor opaci,  
 Inuitus trahitur lasso de pectore vultur.  
 Abreptasq; dolet iam non sibi crescere fibras.  
 Oblite scelerum, formidatiq; furoris  
 Eumenides, cratera parant, & uina feroci  
 Crine bibunt, flexisq; miniis iam lene canentes  
 Extendunt socios ad pocula plena Cerastas.  
 Ac festas alio succendent lumine tadas.

**T**flumen  
 Omnia ferē  
 exemplaria  
 Anfractus  
 habent, at  
 Parrhasius  
 ex Vibio  
 amictus  
 amendauit  
**T**plexa  
**T**frontem  
 Tunc & pestiferi pacatum † limen Auerni  
 Innoce transiſſis aues, flatumq; repreſit  
 Amsanctus, tacit fixo torrente uorago,  
 Tunc Acheront eos mutato gurgite fontes  
 Lacte nouo tumuisse ferunt, hederisq; uirentem  
 Cocyton dulci peribent stagnasse Lyeo.  
 Stamina non rupit Lachesis, nec turbida sacris  
 Obstrepitant lamenta choris, mors nulla uagatur  
 In terris, null. eis rogum planxere parentes.  
 Nauita non moritur fluctu, non cuspide miles.  
 Oppida funerei pollent immunita leti.  
 Impexosq; senex uelauit arundine † crines  
 Portior, & uacuos egit cum carmine remos.

Lam

## PROSERPINAE, LIB. II.

15

Iam suis inferno procererat Hesperus orbi.  
 Ductitur in thalamum uirgo, stat Pronuba iuxta  
 Stellantes nox pieta ſinus, tangensq; cubile  
 Omnia perpetuo genitalia fodere fanxit.  
 Exultant cum uoce pij, Ditisq; sub aula  
 Talia peruigili ducunt exordia plausu.

Noſtra parens Iuno, tuq; ò germane Tonantis  
 Et genet unanimiſ conforta † ducite ſomni.  
 Mutuaq; alternis innecte † colla lacertis.  
 Iam felix oritur proles, iam leta futuros  
 Expectat natura deos, noua numina rebus  
 Addite, & optatos Cereri proferte nepotes.

† difcite  
 Tuota

LIBRI SECUNDI FINIS.

## CL. CLAVDIANI DE RAPTV PROSERPINAE LIBER III.

 Vppiter interea cinctam Thaumantia  
 danymbis  
 Ire iubet, totaq; deos accersere mundo.  
 Illa colorato Zephyros † trangressa uolatu  
 Numina conclamat pelagi, Nymphasq; morantes  
 Increpat, & fluios humentibus euocat antris,  
 Ancipites trepidiq; ruunt, que cauſa quietos  
 Excierit, tanto que res agitanda tumultu,  
 Ut patuit ſtellata domus, confidere iuſſi.

† illapſa

# CLAVDIANI DE RAPTV

Prima datur tractum proceres tenuere secundum  
Terula Aequorei, placidus Nereus, & lucida Phorcis  
Canices, Glaucum series extrema bisiformis  
Accipit, & certo mansurum Prothra uultu.  
Necnon & senibus fluuis concessa sedendi  
Gloria, plebeio stat cetera more iuentus.  
Mille annos liquidis incumbunt patribus, uide  
Facit Naiades, & placidi mirantur nymphae Fauni.

Tum grauis ex alto genitor sic orsus olympo est.  
Abduxere meas iterum mortalia curas  
Iam pridem neglecta mihi, Saturnia postquam  
Ocia, & ignavi sum cognovimus eui,  
Sopitosq; du populos torpore paterno  
Sollicit, & placuit stimulos impellere uitae,  
Incultis ne sponte seges grandis crecerat aruis,  
Vndaret neu sylva fauis, neu uina tumerent  
Fontibus, & tote fremerent in pocula ripæ.  
Haud equidem inuideo (nec enim liue cerefas est),  
Vel nocuisse deos) sed quod diffusa for honesti  
Luxus, & humanas oblitat copia mentes,  
Prouocet ut segnes animos, rerumq; remotas  
Ingeniosas uias paulatin exploret egestas.  
Vtq; artes pariat solertia, nutriat usus,  
Nunc mihi cum magnis inflat natura querelis  
Humanum reuare genus, dirumq; tyrannum,  
Immitemq; uocat, regnataq; secula patri

Commemorat,

# PROSERPINAE LIB. III. 16

Commemorat, parcumq; Iouem se diuite clamat.  
Cur campos horrere situ? dumisq; repleri  
Rura uelim, & nullis exornem fructibus annum?  
Se iam quæ genitrix mortalibus ante fuisse  
In diræ subito mores transisse nouerce.  
Quid mentem traxisse polo? quid profuit altum  
Exrigit caput? pecudum si more pererrant  
Aua? si frangunt communia pabula glandes?  
Heccine uita iuuat sylvestribus abdita lustris  
Indiscreta feris? tales cum sepe parentis  
Pertulerim questus, tandem clementior orbis  
Chaonio statui gentes auertere uictu.  
Atq; adeò Cererem, quæ nunc ignara malorum  
Verberat Id eos torua cum matre leones,  
Per mare, per terras auido discurrere luctus  
Decretum, donec natae letata reperte  
Indicio tribuat fruges, currusq; feratur  
Nubibus, ignotas populis sparsums aristas.  
Et iuga corulei subeant Achaea dracones.  
Quod si quis Cereri raporem prodere diuum  
Audeat, imperij molem, pacemq; profundans  
Obtestor rerum, natus licet ille, soror' ue,  
Vel coniunx fuerit, natarumque agminis una.  
Scilicet illa meo conceptam uerice idet,  
Sentiet iratam procul egida sentiet itum  
Fulminis, & genitum diuina sorte pigebit.

CLAVDIANI DE RAPTV

Fulminis, & genitum diuina sorte pigebit,  
 Optabuiq; moritum vulnere languidus ipsi  
 Tradetur genero, passurus prodita regna,  
 Et sciet an propriae conspirent Tartara cause.  
 Hoc sanctum, mansura fluunt hoc ordine fata.  
 Dixit, & horrendo concussit sidera motu.  
 At procul armisoni Cererem sub rupibus antri  
 Securam placidamq; diu iam certa peracti  
 Terrebat simulachra mali noctesq; timorem  
 Ingeminant, omniq; perit Proserpina somno.  
 Namq; modo immisis inuadi uiscera telis,  
 Nunc sibi mutatas horret nigrescere uestes,  
 Nunc steriles medijs frondere penatibus ornos.  
 Stabat præterea luce dilectior omni  
 Laurus virgineos olim que fronde pudica  
 Vmbrabat thalamos, hanc ino † sippite cesam  
 Vidiit, & incompitos foedari puluere ramos,  
 Quæsuiq; nefis, Dryades dixerunt gementes  
 Tartarea furias debellauisse bipenni,  
 Sed tunc ipsa sui, iam non ambagibus ullis  
 Nuncia materno facies inserta sopori.  
 Namq; uidebatur tenebroso obiecta recessu  
 Carceris, & sauis Proserpina uincta catenis.  
 Non qualem Siculis olim mandauerat aruis,  
 Nec qualem roseis nuper conuallibus Actae  
 Suspexere deæ, squalebat pulchrior auro

Cæsaries,

PROSERPINÆ, LIB. III. 17

Cæsaries, & nox oculorum inficerat ignes.  
 Exhaustusq; gelu pallet rubor, ille superbi  
 Flammeus oris honos, & non cessura priunis  
 Membra colorantur picci caligine regni.  
 Ergo hanc ut dubio uix tandem agnoscere uultu  
 Eualuit, cuius tot poenæ criminis inquit?  
 Vnde hac informis macies? cui tanta potestas  
 In me sentiit est rigidus cur uincula ferri  
 Vix aptanda feris molles meruere lacertis  
 Tu mea tu proles? an iuana fallimur umbras?  
 Illa refert, Heu dira parens, natæq; perempta  
 Immemor, heu filias animo transgressa leænas.  
 Tanta n' te nostri tenuere obliuia? tantum  
 Vnica despicio? certe Proserpina nomen  
 Dulce tibi, tali que nunc, ut cernis, biatu  
 Supplicis inclusa feror, tu seuia choreis  
 Indulges, Phrygiasq; etiamnum interstrepis urbes.  
 Quod si non omnem pepulisti pectore matrem,  
 Si tu † sancta Ceres, & † te non Caspia tigris  
 Edidit, his oro miseram defende catenis.  
 Inq; superna refer, prohibent si fata reuerti,  
 Vel saltem uisura ueni. Sic fata trementes  
 Tendere conatur palmas, uis improba ferri  
 Impedit, & motæ somnum excussere catenæ.  
 Obrigit uisis, gaudet non uera suis,  
 Complexu caruisse dolet, penetralibus amens

\*notæ  
† me

C

## 18 CLAVDIANI DE RAPTV

Profilit, & tali compellat uoce Cybellem.

Iam non ulterius Phrygia tellure morabor  
Sancta parens, reuocat tandem custodia chari  
Pignoris, & cunctis obiecti fraudibus anni.  
Non mihi Cyclopum quamuis extorta caminis  
Culmina fida satis, timeo ne fama latebras  
Prodiderit, leuiusq; meum Trinacia calet  
Depositum, terret nimium vulgata locorum  
Nobilitas, alijs sedes obscurior oris  
Exquirenda mibi, gemitu flammisq; propinquis  
Encheladi nequeunt umbracula nostra taceri.  
Somnia quietiam uarijs infusa figura  
Sepe monent, nullusq; dies non triste minatur  
Augurium, quoties flauentia serta comarum  
Sponte cadunt, quoties exudat ab ubere sanguis.  
Larga uel inuito prorumpunt flumina uult,  
Iniuiseq; manus mirantia pectora tundunt.  
Si buxos inflare uelim, ferale gemiscunt,  
Tympana si quatia, planctu mihi tympana reddunt,  
Ah ueror ne quid portendant omnia ueri.  
Heu longe nocuere morae, procul irrita uenti  
Dicta ferant. Subiicit Cybele, non tanta Tonant,  
**Tumat** Segnices, ut non pro pignore fulmina mittat,  
Itamen, & nullo turbata reuertere casu.  
Hec ubi, digreditur templis (sed nulla ruent  
**dracones** Mobilitas) tardos queritur non ire iugales.

Immeritasq;

## PROSERPINAE, LIB. III. 18

Immeritasq; mouens alterno uerbore pinnas  
Sicaniam querit cum nec dum † ascenderit Idam, Tabescēderis  
Cuncta pauet, speratq; nihil. Sic astutus ales,  
Quæ teneros humili fructus commiserit ornō  
Allatura cibos, & plurima cogitat absens:  
Ne gracilem uentus discusserit arbore nidum:  
Ne furtum pateant homini, neu preda colubris.  
Ut domus excubijs incustodita remoitis  
Et resupinati neglecto cardine postes,  
Flebilis & tacite species apparuit aulæ,  
Non expectato respectu cladis, amictus  
Conseindit, & fractas cum crine auellit aristas.  
Haeserunt lachrymae, nec uox aut spiritus oris  
Redditur, † atq; imis uibrat tremor ossa medullis. **tex**  
Succidiū titubant gressus, foribusq; reclusis,  
Dum uacuas sedes, & desolata percerrat  
Atria, semirutas confuso stamine telas,  
Atq; interceptas agnoscit pectinis artes.  
Diuinus perit ille labor, spaciunq; relictum,  
Audax sacrilego supplebat aranea textu.  
Nec deslet, plangitq; malum, † tamen oscula telæ **tantum**  
Figit, & abrumpit mutas in fila querelas,  
Attritosq; manu radios, projectaq; pensa,  
Cunctaq; uirgine sparsa oblectamina ludo.  
Ceu natam pressat gremio, † castumq; cubile  
Desertosq; toros, & sicubi sederat olim  
**carumq;**

C 2

# CLAUDIANI DE RAPTV

Perlegit. Attonitus stabulo ceu pastor inani.

- Culpeus**
- † Quem lupus aut rabies Pœnorum inopina leonit,
  - Aut populatrices infestauere ceteræ.
  - Serius at ille redit, ushataq; pascua lustrans
  - Non responsuros ciet, imploratq; iuuenos.
  - Atq; ibi secreta tectorum in parte iacentem
  - Afficit Electram, nata quæ sedula nutrix
  - Oceani prisca inter notissima Nymphas.
  - Par Cereri pietas, hæc post cunabula dulci
  - Ferre sinu, summoq; loui deducere paruam
  - Sueuerat, & genibus ludentem aptare paternis,
  - Hæc comes, hæc custos, hæc proxima mater haberi.
- Genes**
- Tum laceras effusa † comas, & puluere canos
  - Sordida fidere & raptus lugebat alumnae.
  - Hanc agressa Ceres postquam suspiria tandem
  - Laxauit, frenosq; dolor. Quod cernimus, inquit,
  - Excidium? cui preda feror? regnat ne maritus?
  - An celum Titanes habent? quæ talia uiuo
  - Ausa Tonante manus rupiū ne Typhœia ceruix
  - Inarimenes fracta ne iugi compage Veseui
  - Alcyoneus per stagna pedes Tyrrhenæ cucurrit;
  - An uicina mihi quassatis fauibus Aetna!
  - Protulit Enceladum? nostros an forte penates
  - Appetit centum Briareia turba lacertis?
  - Heu ubi nunc est nata mihi? quò mille ministres?
  - Quò Cyane? uolucres quæ his Sirenas abegit?
- Hæcine

# PROSERPINÆ, LIB. III. 19

Hæcine uestra fides sic fas aliena tueri  
 Pignor aë contremuit nutrix, moerorūq; timori  
 Cesit, & aspectus miseræ non ferre parentis  
 Empium morte uelit, longumq; immota moratur  
 Auætorem dubium, certumq; exprimere funus.  
 Vix tamen, hæc acies uitiam uesana Gigantum  
 Hanc dederit cladem, leuius communia tangunt,  
 Sed diue, multoq; minus quod rere forores  
 In nostras nimium coniurauere ruinas.  
 Infidias superum, cognataq; uulnera cernis  
 Inuidie Phlegra nobis † incensior æther.

**Insensioe**

Florebant tranquilla domus, nec limina virgo  
 Linquere, nec uirides audebat uisere saltus  
 Preceptis obstricta ruis, tele labor illi  
 Sirenes requies, sermonum gratia mecum,  
 Mecum somnus erat, castiq; per atria ludi.  
 Cum subito( dubiu quonam monstrate tenebras  
 Praescierit) Cytherea uenit, suspectaq; nobis  
 Ne foret, hinc Phœben comites, hinc Pallada iunxit,  
 Protinus effuso letam se fingere risu,  
 Nec semel amplecti, nomenq; iterare fororis,  
 Et dura de matre queri, quæ tale recessu  
 Maluerit damnare decus, † uetitamq; dearum  
 Colloquio, patrijs procul † absentauerit astris  
 Nostra rudis gaudere malis, & nectare largo  
 Instaurare dapes, nunc arma habitumq; Diana

Tuetito

Famanda  
uerit

CLAUDIANI DE RAPTV

Induitur, digitisq; attentat mollibus arcum.  
 Nunc crinita iubis galcam laudante Minerua  
 Implet, & ingentem clypeum gestare laborat.  
 Prima Venus campos, Aetneaq; rura maligno  
 Ingerit affatu, uicinos callida flores  
 Ingeminat, meritumq; loci uelut infcia querit.  
 Nec credit quod bruma rosas innoxia seruet,  
 Quod gelidi rubeant alieno gramine menses.  
 Verna nec iratum timeat uirgulta Bootem.  
 Dum loca miratur, studio dum flagrat eundi,  
 Persuadet teneris heu lubrica moribus etas.  
 Quos ego nec quicquam planetusquas irrita fudi  
 Ore preces eruit illa tanen confisa sororum  
 Praesidio, famule longo post ordine Nymphæ.  
 Itur in aeterno uestitos gramine campos.  
 Et prima sub luce legunt, cum rore serenus  
 Alget ager, sparsoq; bibunt uiolaria succos.  
 Sed postquam medio sol altior astitit orbe,  
 Ecce pulm nox alta rapit, t' remefacta q; nutat  
 Insula cornupedum strepitu, t' cursuq; rotarum,  
 Nosse nec aurigam lieut. Seu mortifer ille,  
 Seu mors ipsa fuit, t' Lutor permanxit in herbis,  
 Deficiunt riui, squalent rubigine prata,  
 Et nihil efflatum uiuit, pallere ligustra,  
 Expirare rosas, decrescere lilia uidi.  
 Ut rauco reduces tractu detorsit hahenas,

Nox sua

PROSERPINÆ, LIB. III. 20

Nox sua prosequitur currum, lux redditur orbi,  
 Persephone t' nulla est, uoto rediere peracto. †nusquæ  
 Nec mansere deæ, medijs inuenimus aruis  
 Exanimem Cyanen, ceruix redimita iacebat,  
 Et caligantes marcebant fronte corone.  
 Aggredivimus subito, casusq; scitamus beriles. †scrutamus  
 (Nam propior cladi steterat) quis uultus equorum?  
 Quis regat? illa nihil tacito, sed t' latifa ueneno  
 Soluitur in laticem, subrepit crimbus humor,  
 Liquitur, in roremq; pedes, & brachia manant.  
 Nostræq; mox lambit uestigia perspicuus fons.  
 Discendit alia rapidis Acheloides alis  
 Sublate, Siculi latus obfedere Pelori.  
 Accensæq; malo iam non impune canoras  
 In pestem uertere lyras, uox blanda carinas  
 Ali ligat, audito frenantur carmine remi.  
 Sola domi luctu senium tractura relinquor.

Hæret adhuc suspensa Ceres, Singula demens,  
 Ceu nōdum transacta timet, mox lumina torquens  
 t' Vultu ad coelicolas furioso pectora fertur. †multo in

Arduo Hyrcana quatitur sic matre Niphates,  
 Cuius Achemenio regi ludibria natos  
 Auexit tremebundus eques, fremit illa marito  
 Mobilior Zephyro, totaniq; uirentibus iram  
 Dispersit maculis, t' nimiumq; haustura profundo  
 Ore uiriam, mire tardatur imagine formæ. †inhiatq; haustura

C 4

## CLAVDIANI DE RAPTV

Haud aliter toto genitrix bacchatur olympos.

Reddit uociferans, non me uagus edidit annis.

Non Dryadum de plebe sumus, turrita Cybelle

Me quoq; Saturno genuit, quò iura deorum?

Quò leges cecidere poli? quid uiuere recte

Proderit? en audet noti Cytherea pudoris

Ostentare suos post Lemnia uincula uultus.

Hos animos bonus ille sopor & castumq; cubile

Præbuit & amplexus hoc promerueruic pudici?

Nec mirum, si turpe nihil post talia & dicit.

Quid uos expertes thalami & tantum'ne relictus

Virginitatis honos & tantum mutata uoluntas?

Iam Veneri, & socijs iuncto raptoribus itis?

O templis Scythiae, atq; hominem stitientibus aries

Vtraq; digna coli, tanti que causa furoris?

Quam mea uel dicto tenui Proserpina lefit.

Taut Scilicet & hæc charis pepulit te Delia soluis,

Aut tibi comissas rapuit Tritonia pugnas.

An grauis alloquio & uestris an forte petebat

Importuna choros? atq; Trinacria longe

(Esset ne uobis oneri) deserta colebat.

Quid latuissæ iuuat & rabiem liuoris acerbi

\* quies Tsententia Nulla potest placare & dies, his increpat omnes

Vocibus, ast illæ (prohibet & reverentia patris)

Aut reticent aut nosse negant, responsaq; matri

Dant lacrimas. Quid agat? rursus se uicta remittit

Inq;

## PROSERPINÆ, LIB. III.

31

Inq; humiles demissa preces. Ignoscite siquid

Intumuit pietas? si quid flagrantius actum est

Quam decuit miseræ, supplex, & miseradæq; uestris <sup>† delecta</sup>

Aduoluor genibus, liceat cognoscere sortem.

<sup>† dolores</sup>

Hoc tantum, liceat certos habuisse & furores,

Scire peto quæ forma mali, quancunq; de distis

Fortunam, sit & raptæ, feram, fatumq; putabo

<sup>† nota</sup>

Non scelus, aspectum precor indulgete parenti.

Non repetam quæsita manu, securis habeto

Quisquis es, affirmo prædam desisti uereri.

<sup>† fædere</sup>

Quod si uos aliquo præuenit & munere raptor,

Tu certe Latona refer, confessa Diana

Forte tibi, nostri quid sit Lucina, timorq;

Pro genitis, & quantus amor, partusq; tulisti

Tu geminos, hæc una mihi, sic crine fruaris

Semper Apollino, sic me felicior euum

Mater agas. largis tunc hymbris ora madescunt.

Quid tantum est dignum fieri dignumq; taceri?

Hei mihi, discedunt omnes, quid uana moraris

Vlterius? non bella palam coelestia sentis?

Quin potius natam pelago, terrisq; requiriris?

Accingar lustrare diem per deuia rerum

Indeßa ferar, nulla cessabitur hora.

Non requies, non somnus erit, dum pignus ademptus

Inueniam, gremio quamvis mergatur Iberæ

Theytos, & rubro iaceat & uelata profundo.

<sup>† uallata</sup>

# CLAUDIANI DE RAPTV

Non Rheni glacies, non me Rhiphæa tenebunt  
 Frigora, non dubio Syrtis cunctabunt æstu.  
 Stat fines penetrare Noti, Boreæq; niualem  
 Vestigare domum, primo calcabitur Atlas  
 Occasu, facibusq; meis lucebit Hidaspes,  
 Impius errantem uideat per rura per urbes  
 Iuppiter, extincta satietur pellice Iuno.  
 Insultate mibi, ecce regnate superbi.  
 Ducte præclarum Cereris de stirpe triumphum.  
 Sic futur, notaq; iugis illabitur Aetna

*Tinforma-  
tura* Noctuago tadas inflammatura labori. (fert)

Lucus erat prope flumē Acym, quod cädida pro  
 Sepe mari, pulchroq; secat Galatea natatu.  
 Densus, & innexis Aetna cacumina ramis,  
*Tquæ licet* Qualibet usq; tegens, illuc posuisse cruentam  
 Aegida, captiuaq; pater post prælia prædam  
 Aduxisse datur. Phlegreis sylua superbit  
 Exuuijs, totumq; nemus uictoria uefit,  
 Hic patuli riñtus, hic prodigiosa Gigantum  
 Tergora dependent, & adhuc crudelè minantur  
 Affixæ facies truncis, immaniaq; ossa  
 Serpentum pañum tumulis exanguibus albent.  
 Et rigidæ multo suspirant fulmine pelles.  
 Nullaq; non magni iacta se nominis arbor.  
 Hæc centum gemini strigos Aegaeonis eres  
 Carrata mix fronte leuat, liuentibus illa

Exultat

# PROSERPINÆ, LIB. III. 22

Exultat Zanci spolijs, hæc arma minantis  
 Sustinet, hos onerat ramos exutus Ophion,  
 Altior & cunctis abies umbrosaç; late  
 Ipsius Encheladi sumantia gestat opima  
 Summi terrigenum regis, caderetq; grauata  
 Pondere, ni lapsum fulciret proxima quercur. *flassam*  
 Inde timor numenij, loco, nemorisq; senectæ  
 Parcitur, æthereisq; nefas nocuisse trophæis.  
 Pascere nullus ues, nec robora ledere Cyclops  
 Audet ipse, fugit sacra Polyphemus ab umbra.  
 Non tanen hoc tardata Ceres, accenditur ultrò  
 Religione loci, uibratq; incerta securim.  
 Ipsum tætiam petitura Iouem, succidere pinus.  
 Et magis enodes t properat prostertere cedros.  
 Exploratq; abiens trunco, rectiq; tenorem  
 Stipitis, & cerio prætentat brachia nixu.  
 Sic qui uecturus longinqua per æquora merces  
 Molitur tellure ratem, uitamq; procellis  
 Obiectare parat, sagos metitur, & alnos,  
 Et uarium rudibus sylvis accommodat usum.  
 Quæ longa est tumidis præbebit cornua uelis,  
 Quæ fortis, clano potior, quæ, lenta, fauabit  
 Remigio, stagni patiens aptanda carinæ.  
 Tollebant geminæ capita inuolata cupressus  
 Cessite uicino, quales non rupibus Idæ  
 Miratur Symois, quales non diuine ripæ

22  
 t seu  
 t dubitat  
 G  
 Q  
 V  
 D  
 E  
 B  
 D.

CLAVDIANI DE RAPTV

Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes.  
 Germanas adeò credas, sic frondibus aequis  
 Astant, & socio despectant uertice lucum.  
 Ha placuere facies, pernix inuidit utrangs;  
 Cincta sinus, exerta manus, armata bipenni,  
 Alternasq; ferit, totisq; obnixa trementes  
 Viribus impellit, pariter traxere ruinam,  
 Et pariter posueri comas, campoi recumbunt  
 Faunorum Dryadumq; dolor, complectitur ambas  
 Sicut erat, alteq; leuat, retroq; solutis  
 Crinibus ascendit fastigia montis anheli.  
 Exuperatq; effus, & nulli peruta faxa,  
 Atq; indignantes uestigia calcat harenas.

Qualis pestiferae animare ad crimina taxos  
 Torua Megæra ruit, Cadmi seu moenia poscat,  
 Sive Thyphæis properet seuire Mycenis.  
 Dant tenebre manesq; locum, plantisq; resultant  
 Tartara ferratis, donec Phlegetonis in unda  
 Constitit, & plenos accepit lampade fluctus.  
 Postquam est peruentum scopuli flagrantis in ora,  
 Protinus arsuras auersa fronte cypressus  
 Faucibus iniecit medij, lateq; cauernas  
 Texit, & undantem flammariū obstruxit hiatum.  
 Compresso mons igne tonat, claususq; laborat  
 Mulciber, obducti nequeunt exire vapores,  
 Cormiferi mieuere apices, creuitq; fuillis.

Aetna

PROSERPINÆ, LIB. III. 25

Aetna nouis strident admisso sulphure rami.  
 Tumne desiderent tantis erroribus ignes  
 Semper inocciduos insopitosq; manere  
 Iussit, & arcano perfudit robora succo,  
 Quo Phæthon irrorat equos, quo luna iuuenos.  
 Iamq; soporiferas nocturna silentia terris  
 Explicuere uices, laniato pectore longas  
 Ichoat illa uias, & sic ingressa profatur.

Non tales gestare tibi Proserpina tardas  
 Sperabam, sed uota mihi communia matrum,  
 Et thalami, fastæq; facies, cœloq; canendum  
 Ante oculos Hymenæus erat, sic numina fatis  
 Volumur & Lachesis nullo discrimine scevit.  
 Quam nuper sublimis eram? quantisq; procorum  
 Cingebat studiis? que non mihi pignus ob unum  
 Cedebat numerofa parens? tu prima uoluptas,  
 Tu postrema mihi, per te secunda uidebar.  
 O decus, ô requies, ô grata superbia matris.  
 Qua gessi florente deam, qua soppite nunquam  
 Inferior lunone fui, nunc squalida, uilis.  
 Hoc placitum patri, cur autem ascribimus illum  
 His lachrymis, ego te (fatigor) crudelis ademi.  
 Que te deseru solam, que instantibus ultro  
 Hostibus exposui, raucis secura fruebar  
 Nimirum Thiasis, & leta sonantibus armis  
 Ungembam Phrygios, cum tu rapercre, leones.

**F**onera<sup>ta</sup> Accipe quas merui pœnas, t̄ en ora fatiscunt  
 Vulneribus, grandiq; rubent in pectore silci.  
 Immemor en uteru crebro contunditur istu.  
 Qua te parte poli? quo te sub cardine queram?  
 Quis monstrator erit? que me uestigia ducent?  
 Quis currus? serus ille quis est terræ ne, maris ne  
 Incola? que uolucrum deprendam signa? rotarius  
 Ibo ibo quoq; pedes, quoq; iubebit  
 Casus, sic Venerem querat deserta Dione.  
 Efficiet' ne labor? rursus te nata licebit  
 Amplexus manet ille decor, manet ille genarum  
 Fulgor, an infelix tamē fortasse uidebo,  
 Qualis nocte uenis, qualem per somnia uidi?  
 Sic ait, & prima gressus moltur ab Actna,  
 Exiitq; reos flores ipsumq; rapine  
 Detestata locum, sequitur dispersa uiarum  
 Indicia, & pleno rimatur lumine campos,  
 Inclinatq; faces, omnis madet orbita fletu,  
 Omnibus admugit, quoq; it in æquore fuluis  
**T**externaq; Annatat umbrata fretis, t̄ extremisq; lucis imago  
 Italian Libyamq; ferit, clarescit Hetruscum  
 Littus, & accenso resplendent æquore Syrtes.  
 Antra procul Scyllæ a petit, canibusq; reductis  
 Pars stupefacta filet, pars nondum exterrita latrat

CLAVD. DE RAPTV PROSERP.  
 LIBRI TERTII FINIS

## RUFFINVM PRIMI

## PRAEFATIO

**P**hoebæo domitus Python cum decidit arcu,  
 Membræq; Cyrræo fiduci anhela t̄ iugo. **Trogo**  
 Qui spiris tegeter montes, hauriret hiatu  
 Flumina, sanguineis tangeret astra iubis.  
 Iam liber Parnassus erat, ne xuq; soluto  
 Cœperat erecta surgere fronde nemus.  
 Concussæq; diu spaciois tractibus ornâ  
 Securas uentis explicuere comas.  
 Et qui uipereo spumauit sepe ueneno  
 Cephus, t̄ liquidis purior ibat aquis.  
 Omnis iò Pæan regio sonat, omnia Phœbum  
 Rura canunt, Tripodas plenior aura rotat.  
 Auditoq; procul Muſarum carmine t̄ dulci,  
     Ad Themidis coenunt antra seuera deæ.  
 Nunc alio domini telis Pythone perempto  
     Conuenit ad nostram sacra cetera lyram.  
 Qui stabilem seruant angustis fratribus orbem,  
     Inſtitia pacem, uiribus arma regunt.

† nitidis

† docū

CL. CLAVDIANI IN RVFFI  
NVM, LIBER PRIMVS.



Acpe mihi dubiam traxit sententia mentem,  
Curarent Superi terras, an nula  
lus inesset

Rector, & incerto fluenter mortalita casu.  
Nam cum dispositi quæ si semper foedera mundi,  
Prescriptosq; mari finis, anniq; meatus,  
Et lucis, noctisq; uices, tunc omnia rebar  
Consilio firmata dei, qui lege moueri  
Sidera, qui fruges diuerso tempore nasci,  
Qui uariam Phœben alieno iusserit igne  
Compleri, solemq; suo, porrexerit undis  
Littora, tellurem medio librauerit axe.

Sed cum res hominum tanta caligine uolui  
A spicerem, letosq; diu florere nocentes,  
Vexariq; pios, rursus labefacta cadebat  
Religio, causaq; uiam non sponte sequebar  
Alterius, uacuo qui currere semina motu  
Affirmat, magnumq; nouas per inane figuras  
Fortuna non arte regi, que numina † sensu

<sup>†</sup>censet  
<sup>†</sup>Ambigua, uel nulla putat, uel nescia <sup>†</sup>nostri.  
<sup>†</sup>Tueri  
Abstulit hunc tandem Ruffini pena tumultum,  
Absoluuntq; deos, iam non ad culmina rerum  
In iustos creuisse queror, tolluntur in altum  
Ut lapsu graniore ruant. Vos pandite uati

Pierides

LIBER PRIMVS.

25

Pierides, quo tanta lues eruperit ortu.  
Inuidia quondam stimulis incanduit atrox  
Alecto placidas late cum cerneret urbes,  
Protinus infernas ad limina <sup>†</sup>tetra sorores  
Conclivum deformis vocat, glomerantur in unum  
Innumeræ pestes Erebi, quascunq; sinistro  
Nox genuit foetu, nutrix discordia belli,  
Imperiosa famæ, leto uicina senectus,  
Impatiensq; sui morbus, liuorq; secundis  
Anxius, & scisso mcerens uelamine luctus.  
Et timor & cæco præceps audacia uultu.  
Et luxus populator opum, cui semper adhærens  
Infelix humili gressu comitatur egestas.  
Foedag; auaritiae complexæ pectora matris  
Insomnes longo ueniunt examine cieræ.  
Compleuntur uario ferrata sedilia coetu.  
<sup>†</sup>Toruq; collectis stipatur curia monstris.  
<sup>†</sup>Alecto stetit in medijs, uulgusq; tacere  
Iusbit, & obstantes in tergum reppulit angues,  
Perq; humeros errare dedit, tum corde sub imo  
Inclusam rabidus patescit uocibus iram.  
Siccine tranquillo produci secula cursu?  
Sic fortunatas patiemur uiuere gentes?  
Quæ noua corrupti nostros clementia mores?  
Quo rabies innata perit? quid inania profundit  
Verbera? quid facibus nequicquam cingimur atris?

<sup>†</sup> Tauri

<sup>†</sup> Totæ

D

## CLAVDIANI IN RVFF.

Heu nimis ignauæ, quas cœlo Iuppiter arcet,  
 Theudosius terris. En aurea nascitur ætas,  
 Et proles antiqua redit, concordia, virtus,  
 Cumq; fide pietas alta ceruice uagatur,  
 Insignemq; canunt nostra de plebe triumphum.  
 Proh dolor ipsa mihi liquidas delapsa per auræ  
 Iustitia insultat, uitijq; à stirpe recisis  
 Flicit oppressas tenebroſo à carcere leges.  
 At nos indecores longo torpebimus æuo?  
 Omnibus eiectæ regnus agnoscite tandem  
 Quid furias deceat, consuetas sumite uires.  
 Conuentuñ nesp tanto decernit dignum.  
 Iam cupio Stygijs inuadere nubibus astra,  
 Iam flatu uiolare diem, laxare profundo  
 Frena mari, fluiuios ruptis immittere ripis,  
 Tuexare Et rerum laxare fidem, sic fata, cruentum  
 Mugit, & totos serpentum erexit hiatus.  
 Noxiæq; effudit concusso crine uenena.  
 Anceps motus erat uulgi, pars maxima bellum  
 Tuetur Indicit superis, pars Diuis iura + ueretur,  
 Dissensuq; alitus rumor. Ceu murmurat alti  
 Flumine Impacata quies pelagi, quum + flamme fracto  
 Durat adhuc, seuitq; tumor, dubiumq; per æstum  
 Lassa recentis fluant uestigia ueni.  
 Improba mox surgit tristi de sede Megæra,  
 Quam penes insani fremitus, animiq; prophanus

Error

## LIBER PRIMVS.

26

Error, & undantes spumis furialibus iræ.  
 Non nisi queſitum cognata cæde cruorem,  
 Illicitemq; bibit, patrius quem fuderit ensis,  
 Quem dederint fratres hac terruit Herculis ora,  
 Hæc defensores terrarum polluit arcus.  
 Hæc Athamante direxit spicula dextre,  
 Hæc Agamemonios inter bacchata penates  
 Alterius lusit iugulis, hac auspice ted.e  
 Oedipoden matris, natae iuxtere Thyesten.  
 Que tunc horroſonis effatur talia dictis.

Signa quidem ô sociæ diuos attollere contra  
 Nec fas est, nec posse reor, sed ledere mundum  
 Si libet, & populis commune intendere letum,  
 Est mibi prodigium cunctis immanius hydris,  
 Tigride mobilius foeta, + uiolentius austris,  
 Acrius Harpyis, + flaus incertius undis  
 Ruffinus, quem prima meo de matre cadentem  
 Suscep'i gremio, reptauit parvus in isto  
 Sæpe sinu tenero, perq; ardua colla uolutus.  
 Vbera quæſiuit fletu, linguisq; trisulcis  
 Mollia lambentes fixerunt + membra cerasæ,  
 + Me tradente dolos, gestus, artemq; nocendi  
 Edidicit simulare fidem, sensuq; minaces  
 Protegere, & blando fraudem prætexere risu,  
 Plenus seuitæ, lucriq; cupidine feruens,  
 Non Tarthesiacis illum satiaret arenis

Tuelocius  
Trefluis

ora  
 + Merç etia  
 tradete do  
 los, arteq;  
 nocendi

D 2

CLAVDIANI IN RVFI.

Tempeſtas preſcioſa Tagi, non ſtagna rubentis  
 Aurea Pactoli, totumq; exhauerit Hermum  
†quām  
 Ardebit maiore ſiti, t̄ qua fallere mentes  
 Doctus & unanimes odijs turbare ſodales.  
 Talem progenies hominum ſi priſca tulifet,  
 Pyrihoum figeret Theſeuz, offenſus Orefem  
 Deſereret Pylades, odifet Caſtora Pollux.  
 Iſpa quidem fateor uinci, rabidoq; magiſtram  
 Preuenit i[n]genio, nec plus ferme[n]o morabor.  
 Solus habet ſcelerum quicquid poſſedimus omnes.  
 Hunc ego, ſi ueſtre reſ eſt accommoda turbæ,  
 Regalem ad ſummi perducam principis aulam,  
 Sit licet ille Numa grauior, ſit deniq; Minos,  
 Cedef, & inſidijs noſtri ſlectetur alumni.  
 Oranteſ ſequi iur clamor, cuncta q; prophanae  
 Porrexeſ manuſ, inuentaq; triftia laudant.  
 Illa ubi ceruleo ueltes connexuit angue,  
 Nodauitq; adamante comas, Phlegetonta ſonorū  
Tangusto  
 Poſcit, & t̄ ambuſto flagrantis ab aggere ripæ  
 Ingentem pico ſuccendi gurgite pinum,  
 Pigræq; ueloces per Tartara concutit alas.  
 Eſt locus extreſum p[ro]dit quā Gallia littus  
†ubi  
 Oceanī prætentus aquis, t̄ quo fertur Ulyſſes  
 Sanguine libato populum mouiffe ſilentum.  
 Illic umbrarum tenui ſtridore uolantum  
 Flebilis auditur queſtus, ſimulacra coloni

Pallida,

LIBER PRIMVS.

Pallida, defunctaſ; uident migrare figuras.  
 Hinc dea proſiluit, Phœbiq; egeſſa ſerenos  
 Inficit radios, ululatuq; æthera rupit  
 Terrifico, ſenſit ferale Britannia murmur,  
 Et ſenorum quatit aria fragor, reuolutaq; Tethys  
 Subſtitit, & Rhenus proiecta torpuit t̄ unda.  
Turne  
 Tunc in canicēm mutatis ſponte colubris  
 Longiu[m] mentita ſenem, rugisq; ſcuerat  
 Persulcata genas, & ſicto languida paſſit  
 Inuadit muros Elysæ notiſima dudum  
 Teſta petens, oculisq; diu liuentibus hæſit  
 Peiorem mirata uirum, tunc talia futur.  
 Oc̄ia te Ruffine iuuant, fruſtraq; iuuent  
 Consumis florem patrijs inglorius aruiſe  
†debens  
 Heu neſciſ quid ſita tibi, quid ſidera t̄ donent,  
 Quid fortuna paret, toti dominabere mundo,  
 Si parere uelis, artus ne ſperne ſeniles,  
 Nanq; mihi magice uires, æuiq; ſuuri  
 Preſcius ardor ineſt, noui quo Theſſala cantu,  
 Eripiat lumare iubar, quid ſigna ſagacis  
 Aegypti ualeant, qua gens Chaldea uocatis  
 Imperat arte deiſ, nec me latere fluentes  
 Arboribus ſucci, funefarumq; potefas  
 Herbarum, quicquid l[ati]ali t̄ germine pollens  
† carmine  
 Caucasus & Scythicæ uernant in gramine rupeſ,  
 Quas legit Medea ferrox, & callida Circe.

D 3

CLAVDIANI IN RVFF.

Tlatices ſeipius horrendos t manes, ſacrifq; t litau  
 t leuauit Nocturnis Hecaten, t condita funera traxi  
 Carminibus uictura meis, multosq; canendo  
 Quamuis Parcarum reſtarent ſila peremti.  
 Fulmina Ire uagas quercus, t flamina ſtarē coēgi.  
 flaire Versaq; non prono t curuauit flumina t lapsu  
 t repreſſi In fontes reditura ſuos. Neu uana locutum  
 t cursu Me fortaffe putes, mutatos cerne penates.  
 Dixerat, t niueæ (mirum)cœpere columnæ  
 Ditari, ſubitoq; trabes lucere metallo.  
 Illecebris capitū, nimiumq; elatus auaro  
 Pafcit intuiu. Sic rex ad prima tumebat  
 Mæonius, pulchro cum uerteret omnia tactu.  
 Sed postquam riguiffe dapes, fiduamq; reuinctos  
 In glaciem uidit latices, tunc munus acerbum  
 Sensit, t iniufo uotum damnauit in auro.  
 Ergo animi uictus, ſequimur quoconq; uocabis.  
 Seu tu uī ſeu numen, ait, patriaq; relicta  
 Eo, as ſurie iuſſu tendebat ad arces,  
 Inſtabilesq; olim Symplegadas, t freta remis  
 Turbe Inlyta Thessalicis, celsa qua Bophorus t arce  
 Splendet, t Othrysij Aſiam diſcriminat oris.  
 Ut longum permensus iter, ductusq; maligno  
 Stamine fatorum, claram ſubrepſit in aulam.  
 Illicet ambicio nasci, diſcedere rectum.  
 Venum cuncta dari, proferit arcana, clientes  
 Fallit

LIBER PRIMVS.

28

Fallit, t ambitos à principe uendit honores.

t auditio

Ingeminat crimen, commoti pectoris ignem  
 Nutrit t exiguum ſtimulando uulnus acerbat.

Ac ueluti innumeros amnes accedere Nereus

Nescit, t undantem quamuis hinc hauriat Iſtrum,

Hinc bibat æſtuum ſepteno t gurgite Nilum.

t littore

Par ſemper ſimilisq; t meat, ſic fluctibus auri

t manet

Expleri calor ille nequit, cuicunq; monile

Contextum gemmis, aut prædia culta fuiffent

Ruffino populandus erat, dominoq; parabat

Exitium foecundus ager, metuenda colonis

Fertilitas, laribus pellit, detrudit auitis

Finibus, aut auferit uiuis, aut occupat hæres.

Congeſtæ cumulantur opes, orbisq; t ruinas

Accipit una domus, populi ſeruire coacti,

Plenaq; priuato ſuccumbunt oppida regno.

Quo uefane ruis? teneas utruq; licebit

Oceanum, laxet rutilos tibi Lydia fontes.

Iungantur ſolium Croſi, Cyriq; tiare,

Nunquam diues eris, nunquam ſatiabere queſtu.

Semper inops quicunq; cupit, contentus honeſto

Fabricius paruo ſpernebat munera t regum.

Sudabatq; graui consul Serranus aatro.

Et caſa pugnaces Curios angusta t tegebant.

Hea mihi paupertas t auguſtior, haec mihi teſta

Culminibus maiora tuis, tibi querit inanes

t regis

t tenebat

t populatio

t ibi

D 4

## CLAVDIANI IN RVFF.

Luxuries noctura cibos, mihi donat ineptas  
 Terra dapes, rapiunt Tyrios tibi uellera succos,  
† signantur  
 Et picturare † saturantur murice uestes.  
 Hic radiant flores, & prati uiua voluptas  
 Ingenio uariata suo, fulgentibus illuc  
 Surgunt strata toris, hic mollis panditur herba,  
 Sollicitum curis non abruptura soporem.  
 Turba salutantium latas ibi perstrepit ædes,  
 Hic auium cantus, labentis murmura riui.  
» Viuitur exiguo melius, natura beatis  
» Omnibus esse dedit, si quis cognouerit uti,  
» Hæc si nota forent, frueremur simplice cultu.  
† gemerent  
 Classica non † fremerent, non stridula fraxinus iret,  
 Non uentus quateret puppes, non machina muros.  
 Crescbat scelerata sitis, preæq; recentis  
 Incestus flagrabat amor, nullusq; petendi  
 Cogendi ue pudor, crebris periuria miscet  
 Blanditijs, sociat perituro fecdere dextræ.  
 Si semel è tantis poscenti quisq; negasset,  
 Effera p̄ætumido quatuebat corda furore.  
 Quæ sic Getuli iaculo percussa leæna,  
 Aut Hyrcana premens raptorem bellua partus,  
 Aut serpens calcata furit, iurata deorum  
 Maiestas teritur, nunquam reverentia mense,  
 Non coniunx, non ipse simul, non pignora cæsa,  
 Sufficiunt odijs, non extinxisse propinquos,

Non

## LIBER PRIMVS.

39

Non † notos egisse sat est, † extinguere ciues  
 Funditus, & nomen gentis delere laborat.  
 † Nec celeri mittit leto, crudelibus ante  
 Supplicijs fruitur, cruciatus, sincla, tenebras  
 Dilato mucrone parat, prob' ſenior enſe  
 † Parcendi rabies, confeſſaq; uita dolori.  
 Mors adeo ne parum est, causis fallacibus inſtat,  
 Arguit attonitos ſe iudice, cetera ſegnis,  
 Ad facinus uelox, penitus regione remotas  
 Impiger ire vias, non illum Syrius ardens  
 Brumâne Tophæo stridens Aquilone retardat.  
 Effera torquebant aude p̄æcordia cure,  
 Effugeret ne quis gladios, ne perderet illum  
 Augusto miserante nefas, non flectitur anni.  
 Non etate labat, iuuenum rorantia colla  
 Ante patrum uultus ſtricta cecidere ſecuri.  
 Ibat grandæus nato moriente ſuperstes  
 Post trabæ as exul: Quis prodere tanta relatu  
 Funera? quis cædes poſſet deflere nefandas?  
 Quid tale immanes unquam geſiſſe feruntur  
 Vel † Scinis Isthmiaca pinus uel rupe profunda  
 Scyron: uel Phalaris tauro, uel carcere Sylla?  
 O mites Diomedis equi, Busiris aræ  
 Clementes, iam Cirna pius, iam Sparthace lenis  
 Ruffino collatus erit, diecerat omnes  
 Occultis odijs terror, tacitiq; ſepultos

†notis  
texindero
†Nec perio  
mit celeri
†Portentl
†Cyclops  
hamata

D 5

CLAUDIANI IN RVFF.

Suspirant gemitus, indignariq; uerentur.

At non magnanimi uirtus Stilonis eodem  
Fracta metu, solus medioq; in turbine rerum  
Contra letiferos rictus, contraq; rapacem  
Mouit tela feram, uolucris non prepete cursu  
Vectus equi non Pegaseis adiutus habens.  
Hæc cunctis optata quies, hæc sola pericli  
Turris erat, clypeusq; trucem porrectus in hostem,  
Hic profugis sedes, aduersaq; regna furori,  
Seruandis hic castra bonis, hucusq; minatus  
Hærebat, retroq; fuga cedebat inerti.

Haud secus hiberno tumidus cū uertice torrens

Tuertitq; positisq; Saxa rotat, uoluitq; nemus, t̄ pontesq; reuelli,  
Frangitur obiectu scopuli, querensq; meatum  
Spumat, & illa montem circumnat unda.  
Qua dignum te laude feram, qui penè ruenit  
Lapsuroq; tuos humeros obieceris orbi;  
Te nobis trepidæ Ceu fidus dulce carine  
Ostendere dei, geminiq; que lapsa procellis  
Tunditur, & uicto trabitur iam cæca magistro.

Inachius quandā perhibetur in æquore Perseus

Neptuni domuisse pecus, sed tutior alis,

Itegiti Te non penna t̄ uehit, rigida cū Gorgon Perseus,

Tu non uipereo defensus crine Medusa.

Illiū uilis amor suspense uirginis egit,

Te Romana salus, taceat superata uictus,

Herculeos

LIBER PRIMVS.

50

Herculeos conferre tuis iam desinat actus.

Vna Cleoneum pæcebat sylua leonem.

Arcadie saltum uastabat dentibus unum

Sæuus aper, tuq; compressa matre rebellis

Non ultra Libyæ fines Anthæe nocebas.

Solaq; fulmineo resonabat Creta iuuenco

Lerneamq; uirens obfederat hydra paludem,

Hoc monstrum non una palus, non una tremebat

Insula, sed Latia quicquid ditione subactum

Viuit, & à primis Ganges horrebat Iberis.

Hoc neq; Geryon triplex, nec turbidus Orci

Ianitor æquabat, nec si concurrat in unum

Vis hydriæ, Scyllæq; famæ, & flamma Chimæra.

Certamen sublime diu, sed moribus impar

Virtuum scelerumq; fuit, iugulare minatur,

Tu prohibes. Ditem spoliat, tu redditis egenti.

Eruit, instauras, accendit prelia, uiuincis.

Ac uelut infecto morbus crudescere celo

Incipiens, primo pecudum depascitur artus,

Mox populos urbesq; rapit, uentisq; perufis,

Corruptos Stygiam pestem t̄ desudat in annes.

t̄ diffundit

Sic audius predo iam non per singula sæuit,

Sed sceptris inferre minas, omniq; perempto

Militæ, Romanas audet prostertere uires.

Iam gentes Istrumq; mouet, Seythiamq; receptat

Auxilio, traditq; suas hostilibus armis

# CLAUDIANI IN RVFF.

T defendit Reliquias, mixtis t descendit Sarmata Dacis.  
 Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax  
 Massagetes, patriamq; bibens Meotin Alanus,  
 Membraq; qui ferro gaudet pinxitse Gelonus.  
 T conlata Ruffino t collecta manus, uetus illi domari,  
 Innectitq; moras, & congrua tempora differt.  
 Nam tua cum Geticas strauisset dextera turmas  
 Vlta ducis socij letum, parsq; una maneret  
 Debilior, facilisq; capi. tuni impius ille  
 Proditor imperij, coniuratusq; Getarum,  
 Distulit instantes eluso principe pugnas.  
 Tablaturus Hunnorum t latus opem, quos affore bello  
 Norat, & inuisis mox se coniungere castris.  
 Est genus extremos Scythie uergentis in ortus  
 Trans gelidum Tanaim, quo non deformius ullum  
 Turpes Arctos alt. t tristes habitus, obscenq; usu  
 Corpora, mens duro nunquam cessura labori,  
 T fronteç secari Præcibus, uitanda Ceres, t fratresq; necare  
 Ludus, & occisos pulchrum iurare parentes.  
 Nec plus Nubigenas duplex natura bisformis  
 Cognatis aptauit equis, acerrima nullo  
 Ordine mobilitas, inperatiq; recursus.  
 Quos tanen impavidus contra spumanter ad Hebræ  
 Taclemæg Tendit aquas, sic ante tubas t ferrumq; precatus.  
 Mauors, nubifero seu tu procumbis in Hemo,  
 Seu te cana gelu Rhodope, seu remige Medo  
 Sollicitatus

# LIBER PRIMVS.

N

Sollicitatus Athos, seu caligantia nigris  
 Illicibus Pangæa tenent, accingere mecum  
 Et Thracas defende tuos, si letior adsit  
 Gloria, uexitasq; solis donabere queru.  
 Audiit illa pater, scopulisq; niualibus Hemis  
 Surgit, & hortatur celeres clamore ministros.  
 Fer galeam Bellona mihi, nexuq; rotarum  
 Tendit paucor, frenet t rapidos Formido ingales, t trepidos  
 Festinas urgeat manus, meus ecce paratur  
 Ad bellum Stilico, qui me de more trophæis  
 Ditat & hostiles suspendit in arbore cristas,  
 Communes semper litui communia nobis  
 Signa canunt, iunctoq; sequor tentoria t curru. t cursu  
 Sic fatus campo insiluit, lateq; fugatas  
 Hinc Stilico turbas, illinc Gradiuus agebat  
 Et clypcis, & mole parés, stat casis utriq;  
 Sidereis hirsuta iubis, loricaq; cursu  
 Aestuat, & largo satiatu uulnere cornus.  
 Acrior interea uoto, multisq; Megæra  
 Luxuriata malis, mœstam deprehendit in arce  
 Iustitiam, diroq; prior sic ore lacessit.  
 En tibi præsa quicq; , t renocataq; secula rursus  
 Ut rebare uigent, en nostra potentia cessit, t renouasse  
 Nec locus est usquam furis, huc lumina flete,  
 Aspice barbaricis iaceant quot moenia flammis,  
 Quas mihi Ruffinus strages, quantumq; cruoris

CLAVD. IN RVF. LIB. I.

Præbeat, & quantis epulentur cædibus hydri.  
 Tnoctis Linque homines, sortemq; meam, pete fidera, + notis  
 Autumni te redde plagis, qua uergit in Austrum  
 Signifer, asti uo sedes uicina leoni.  
 Iam pridem gelidæ ceſſant confinia libere.  
 Atq; utinam per magna sequi conuexa liceret.  
 Diua refert. non ulterius bacchabere demens,  
 Iam penas tuas dabit ifte, iam debitus ultor  
 Imminet, & terras qui nunc ipsu[m]q; fatigat  
 Aethera; nec uili moriens condetur barena.  
 Iamq; aderit lœto promissus Honoriūs æuo,  
 Nec sorti genitore minor, nec fratre corusco,  
 Qui subigit Medos, & cuspide proteret Indos,  
 Sub ingauenturi reges, calcabitur asper  
 Phasis equo, pontemq; pati cogetur Araxes,  
 Tuūq; simul graubus ferri religata catenis  
 Expellere die, debellataſq; draconum  
 Tonsa comas. imo Baratri claudere recessu.  
 Tunc tellus communis erit, tunc limite nullo  
 Discernetur ager, nec uomere fulcus adunco  
 Findetur, subitis messor gauebit arystis.  
 Rorabunt quercta fuis, stagnantia paſim  
 Vina fluent, oleiſq; lacus, nec murice tinctis  
 Velleribus queretur honor, sed ſponte rubebunt  
 Attonito p[ro]fatore greges, pontumq; per omnem  
 Ridebunt uirides gemmis naſcentibus alge.

CL. IN RVF. LIB. I. FINIS.

CL. CLAUDIANI IN RVF.

52

FINVM LIBER SECUNDVS.

**T** Am post e domitas alpes defensaq; regna  
 Hesperiae, merita cōplexus sede parente  
 Autior adiecto fulgebat fidere mundus.  
 Iamq; tuis Stilico Rhomana potentia curis  
 Et rerum commissus apex, tibi credita fratrum  
 Vtraq; maiestas, geminæq; exercitus aulæ  
 Ruffinus (necq; enim patiuntur ſæua quietem  
 Crimina, pollutaq; negant areſcere ſauces)  
 Infandis iterum terras accendere bellis  
 Inchoat, & solito pacem turbare tumultu.  
 Hæc etiam ſecum. Qua nam ratione tuebor  
 Spem uita fragilem? qua tot depellere fluctus  
 Arte queam? premor hinc odijs, hinc milite, cingor.  
 Heu quid agam? non arma mihi non principis illus  
 Auxiliatur amor, matura pericula ſurgunt  
 Vndiq; & impositi radiant ceruicibus enſes.  
 Quid reſtat, niſi cuncta nouo confundere luctu?  
 Infantesq; meæ populos misere ruine?  
 Euerſo iuuit orbe mori, ſolatia leto  
 Exitium commune dabit, nec territus ante  
 Discedam cum luce ſimul linquenda poteris.  
 Hæc fatus, Ventis ueluti ſi frena remittat  
 Aeolus, abrupto gentes ſic obice fudit,  
 Laxauitq; uiam bellis, & ne qua maneret  
 Immunis regio, cladem diuſit in + orbem,

Turba

CLAUDIANI IN RUFF.

Dispositusq; nefas, alij per terga ferocis  
 Danubij solidata ruunt, expertaq; remos  
**Tulstra** Frangunt stagna rotis, alij per Caspia † claustra,  
 Armeniasq; niues inopino tramite ducti  
 Inuadunt Orientis opes. Iam pascua fumant  
 Cappadocum, uolucrumq; parens Argaeus equoru,  
 Iam rubet altus Halis, nec se defendit iniquo  
**montes** Monte Cilix, Syrie † tractus uastantur amperi,  
 Assuetumq; choris, & leta plebe canorum  
 Proterit imbellem sonipes hostilis Orontem.  
 Hinc planctus Asie, Geticis Europa ceteruis  
 Ludibrio, prædæq; datur, frondentis adusq;  
 Dalmatiae fines, omnis qua mobile ponti  
 Aequor, & Hadriacas tellus interiact undas,  
 Squaler inops pecudum, nullis habitata colonis  
 Instar anhelantis Libye, que torrida semper  
 Solibus, hunano nescit mansuescere cultu,  
 Thessalus ardet ager, retinet pastore fugato  
 Pelion, Emathias ignis populatur aristas.  
 Iam plaga Pannonia, miserandaq; moenia Thracu  
 Aruaq; Myorum, iam nulli fleibile damnum  
 Sed cursus solennis erat, campusq; furori  
 Expositus, sensumq; malis detraxerat usus.  
**¶** Eheu quam breuibus pereunt ingentia causis,  
 Imperium tanto quæsitum sanguine tanto  
 Seruatum, quod mille ducum peperere labores,

Quod

LIBER SECUNDVS.

33

Quod tantis Rhomana manus contexuit annis,  
 Proditior unus iners, angusto tempore uertit.

Vrbs etiā magna quæ dicitur emula Rhome, Constantiopolis.

Et Calchedonias contra dispectat arenas,

Iam non finitimo Martis terrore mouetur,

Sed proprius lucere facies, & rauca sonare

Cornua, uibratisq; peti fastigia telis

Affieit. iij uigili muros statione tueri,

Ii iunctis properant portus munire carinis.

Obsessa tamen ille ferus letatur in urbe,

Exultatq; malis, summoq; à culmine turris

Impia uicini cernit † certamina campi,

Vinctas ire nurus, hunc per uada cerula mergi,

Seminecem hunc subito percussum uulnere labi

Dum fugit, hunc animam portis efflare sub ipsis,

Nec canos prodeſſe seni, pueriq; cruore

Maternos undare sinus, immensa uoluptas,

Et risus plerunq; subit, dolor afficit unius,

Quod feriat non ipse manu, uidet omnia late

Preceptis incensa suis, & crimine tanto

Luxuriat, charumq; sibi non abnegat hostem,

Iactabatq; ultro, soli quod castra paterent,

Sermonumq; foret uicius permissa potestas.

Egregij quoties exiſſet † ſeſſeris auctor

† ſtipatus ſocijs, circumq; armata clientum

Agmina, priuatis ibant famulantia signis.

† ſpectacula

† funeris

† ſtipatur

E

CLAUDIANI IN RVE.

Ipse inter medios, ne qua de parte relinquat  
Barbariem, reuocat filias in pectore pelles,  
Frenaq; & immanes pharetras, arcusq; sonoros  
Assimulat, mentemq; palam testatur amictus.  
Nec pudet Ausonios currus, & iura regentem  
Sumere deformes ritus, uestemq; Getarum,  
Insignemq; habitum Latij mutare, togæq;.

<sup>t</sup>polluto Mœrent captiuo <sup>t</sup>pellito iudice leges.  
Quis populi tūc uultus erat? quæ murmura furtim?  
Nam miseric nec flere quidem, aut lenire dolores  
Colloqujs impune licet. Quo nam usq; feremus  
Exitiale iugum? duræ quis terminus inquam  
Sortis erit? quis nos funesto turbine rerum  
Aut tantis soluet lachrymis? quos barbarus illinc  
Hinc Ruffinus agit, quibus arua, fretumq; negatur.  
Magna quidem per rura lues, sed maior oberrat  
Intra tecta timor, tandem succurre ruenti  
Heu patriæ Stilico, dilecta hic pignora certe  
Hic domus, hic thalamis <sup>t</sup>propriū genialibus om̄e,  
Haec tibi felices erexit regia teda.  
Vel solus sperare ueni, te prelia uiso  
Languescent, audiq; cadet dementia monstri.  
Talibus urgetur discors aurora procellis.

At Stilico Zephyris cum primum bruma remitti  
Et iuga diffusis nudari copta pruinis,  
<sup>t</sup>relictis Partibus Italie tranquilla in pace <sup>t</sup>locatis,

Vtræq;

LIBER SECUNDVS.

34

Vtræq; castra mouens Phœbi properabat ad ortus,  
Gallica discretis, Eoq; robora turmis  
Complexus. nunquam tantæ ditione sub una  
Conuenere manus, nec tot discrimina uocum.  
Illic Armenie uibratis crinibus ale  
<sup>t</sup> Feruida collectæ facili uelamina nodo.

<sup>t</sup>Herbide

Inde truces flauo comitantur uertice galli,  
Quos Rhodanus uelox, Araris quos tardior ambit  
Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.  
Quosq; rigat retro perniciose unda Garumnae,  
Oceani pleno quoties impellitur astu.  
Mens eadem cunctis, animiq; recentia ponunt  
Vulnera, non odit uictus uictor' ue superbit.  
Et quamvis <sup>t</sup> presens tumor, & ciuilia nuper  
Classica, bellatrixq; etiam nunc ira caleret,  
In ducis eximium conspirauere fauorem.

<sup>t</sup>Petulan<sup>s</sup>  
animis

Haud alter Xerxem toto simul orbe securus  
Narratur rapuisse uagos exercitus annos,  
Et telis umbrasq; diem, cum classibus iret  
Per scopulos, teclumq; pedes contemneret æquor.  
Vix alpes transgressus erat, nec iam amplius errat  
Barbarus, aduentumq; tremens, se cogit in unam  
Planiciem, tutoq; includit pascua gyro.  
Tum duplice foſſa non exuperabile uallum  
Asperat alternis sudibus, muriq; <sup>t</sup> locatum  
In speciem cæſis obtendit plauftra iuueniſ.

<sup>t</sup>Locata

E 2

CLAVDIANI IN RVFF.

At procul exanguis Ruffinum perculit horror,  
 Infectæ pallore genæ stetit ore gelato  
 Incertus peteret ne fugam, ueniam' ue subactus  
 Posceret, an tantos se se transferret in hostes.  
 Quid nunc diuitiae? quid fului uasta metalli  
 Congeries? quid purpureis effulta columnis  
 Atria? prolate' ue iuant ad sidera moles?  
 Audit iter, numeratq; dies spacioq; uiarum  
 Metitur uitam, torquetur peste futura.  
 Nec recipit somnos, & sepe cubilibus amens  
 Excuditur, poenamq; luit formidine poene.  
† rabiem Sed redit in † faciem, sclerumq; immane resumit  
 Ingenium, sacrasq; fores preduuit aulæ  
 Intrat, & Arcadium mixto terrore precatur.  
 Per fratris regale iubar, per fata parentis  
 Aetherei, floremq; tui te deprecor æui  
 Eripe me gladijs, licet Stiliconis iniquas  
 Euitare manus, in nostram Gallia cædem  
 Coniurata uenit, quicquid ligat ultima Tethys,  
 Extremos ultra uolat gens si qua Britannos  
 Mota mihi, tantis capendi credimur armis,  
 Tot signis unum petitur caput, unde cruoris  
† ecclii Ista sitis? geminum † Stilico sibi uendicat axem.  
 Et nullum vult esse parem, succumbere poscit  
 Cuncta sibi, regit Italianam, Libyamq; coërcet.  
 Hispanis Gallisq; iubet, Non orbita solis,

Non illum

LIBER SECUNDVS.

Non illum natura capit, quascunq; parauit  
 Hic Augustus opes, & quas post bella recepit  
 Solus habet, possessa semel non reddere curat.  
 Scilicet ille quidem tranquilla pace fruatur?  
 Nos premit obsidio, quid † partem inuadere tentat? † Sparten  
 Deserat Illyricos fines, Eoa remittat  
 Agmina, fraternalis ex æquo diuidat hastas,  
 Nec sceptri tantum fueris, sed militis heres.  
 Quod si disimulas nostræ succurrere morti,  
 Nec prohibere paras, Manes & sidera testor,  
 Haec ceruix non sola cadet, miscebitur alter  
 Sanguis, nec Stygiæ ferar incomitatus ad umbras,  
 Nec mea securus ridebit funera uictor.  
 Haec ubi dictatur facinus, missusq; repente  
 Qui serat extortas inuito principe uoces.  
 Interea Stilico iam letior hoste propinquo,  
 Nec multo spatijs distantibus æquore uallis  
 Pugnandi cupiditas accedit uoce cohortes.  
 Armenijs frons lœua datur, per cornua Gallos  
 Dexieriora locat, spumis ignescere frena,  
 Pulueris extollit nimbos, lateq; uideres  
 Surgeri purpureis undantes anguibus hastas,  
 Serpentumq; uago caelum sæuire uolatu.  
 Implet Theſſaliam ferri nitor, antraq; docti  
 Cornipedis, tencroq; amnis reptatus Achilli,  
 Et nemus Oithacum resonat clamore, niualis

E 5

## CLAVDIANI IN RVFF.

Osſa tonat, pulſoq; fragor geminatur Olympos.  
 Intuitus uirtus, & lucis prodigus arſit  
 Impetus, haud illos rupes, haud alta uetarent,  
 Flumina, præcipiti ſtrauiſſent omnia cursu,  
 Si tunc hiſ animis acies collata fuſſet,  
 Prodigia non tantas uidiffet Græcia clades.  
 Oppida ſemoto Peloponſia Marte uigerent.  
 Starent Arcadiæ, ſtarent Lacedemonis arcæ,  
 Non mare ſumafſet geminum flagrante Corintho,  
 Nec fera Cecropias traxiſſent uincula matres.  
 Illa dies potuit noſtris imponere finem  
 Cladibus, & ſceleris cauſas auferre futuri.  
 Inuida (prob) quantum rapuit Fortuna triumphū,  
 Inter equos, interq; tubas mandata feruntur  
 Regis, & armati uenient ductoris ad aures.  
 Obſtupuit, ſimul ira uirum, ſimul obruit ingens  
 Mœror, & ignauo tantum licuisse nocenti  
 Miratur, dubios anceps ſententia uoluit  
 Euentus, peragat pugnas, an fortia cœpta  
 Deserat, Illyricis ardet succurrere damnis,  
 Præceptis obſtare timet, reuerentia frangit  
 Virtutis ſtimulos, hinc publica commoda ſuadent,  
 Hinc metus inuidiae, tandem indignatus ad aſtra  
 Extollit palmas, & ab imo peſtore fatuſt.  
 Nunina Rhomanis nondum faciata ruinis,  
 Si iuuat imperium penitus de ſirpe reuello,

Vno

## LIBER SECUNDVS.

36

Vno ſi placuit deleri ſecula lapsu,  
 Si piget humani generis, prorumpat in arua  
 Libertas effrena maris, uel limite nullo  
 Deuius errantes Phaeton confundat habens.  
 Cur per Ruffinum geritur & procumbere mundum  
 Hoc autore pudet. Medijs reuocamur ab armis,  
 Proh dolor, & ſtrictos deponere cogimur enes.  
 Vos arſuræ urbes, periuraq; menia teſtor.  
 Cedo equidē, & miſerū permitto †cladibus orbē. †casibus ho  
stem  
 Flectite signa duces, redeat iam miles Eous.  
 Parendum eſt, taceant litui, prohibete sagittas.  
 Parcite, contiguo Ruffinus præcipit hoſti.  
 His dictis omnes una tremuere manipli,  
 Quantum non Italo percufſa Ceraunia fluctu.  
 Quantum non madidis illiſa tonitrua coris,  
 Secerniq; negant, creptaq; prælia poſcent.  
 Inſignemq; ducem populus defendit uterq;  
 Et ſibi quisq; trahit, magno certatur amore,  
 Alternamq; fidem, non illaudata lacebit  
 Sedatio, taliqui ſimul clamore mouentur.  
 Quis mihi nudatos enes? quis tela lacertis  
 Excudit? & ſolui curuatos imperat arcus?  
 Quis nam audet leges uibrato imponere ferro?  
 Inflammata ſemel neſcit mitescere uirtus,  
 Iam †iam Barbaricos ſiliuſta †pila cruoſes  
 Sponte uolant, †ultrixq; manus mucrone firenti. †mihi  
†tela  
†ultroq;  
 E 4

## CLAUDIANI IN RVFF.

Ducitur, & siccum gladium uagina recusat.  
 Non patiar; semper'ne Getis discordia nostra  
 Proderit? En iterum belli ciuilis imago.  
 Quid consanguineas acies? quid diuidis olim  
 Concordes aquilas? non dissociabile corpus  
 Coniunctumq; sumus, te quo libet ire sequemur,  
 Te uel Hyperboreo damnatum sidere Thylem,  
 Te uel ad incipias Lubjæ comitabor arenas,  
 Indorum si stagna petas, rubriq; recessus  
 Littoris, auriferum ueniam poturus Hydassen,  
 Si calcare Notum, sceretaq; littora Nili  
 Nascentis iubes, mundum post terga relinquam.  
 Et quo cunq; loco Stilico tentoria figet,  
 Hic patria est. Dux inde uetus, desistite que so,  
 Atque auidam differte manum, cadat iste minacis  
 Inuidie cumulus. Non est uictoria tanti,  
 Ut uidear uicisse mibi, uos fida iuentus  
 Ite mei quondam socij. nec plura loquutus  
 Flexit iter. Vt acu qualis discedit hiatu  
 Impatiens remcare leo, quem plurima cuspis,  
 Et pastorales pepulerunt igne caterue,  
 Inclinaq; iubas, demissaq; lumina uelat,  
 Et trepidas moesto rimatur murmure sylvas.  
 Ut se legio uudit disiuncta relinqu  
 Ingentem tollit gemitum, galeasq; solutis  
 Humeat lachrymis, pressamq; morantia uocem

Thoracum

## LIBER SECUNDVS.

37

Thoracum ualidos pulsant suspiria nexus.  
 Tradimur heu, tatumq; sequi prohibemur amore  
 Exclamat, + tradis ne tuas dux optime dextras? + spernes  
 Quas tibi uitrices toties Bellona probauit.  
 Nos adeò uiles? adeò felicior axis?  
 Hesperius? meruit qui te rectore teneri?  
 Quid nobis patriam? quid chara reuise tandem  
 Pignora? dilectos ue iuuat coluisse penates?  
 Te sine dulce nihil, iam formidata tyranni  
 Tempesta subeunda mihi, qui forte nefandas  
 Iam parat infidias, qui nos aut turpibus Hunnis  
 Aut impacatis famulos prestatib Alanis.  
 Quanquam non adeò robur defecerit omne,  
 Tanta ue gestandi fuerit penuria ferri.  
 Tu licet occiduo maneas sub cardine solis,  
 Tu mibi dux semper Stilico, nostramq; uel absens  
 Experiere fidem, dabitur tibi debita pridem  
 Victimæ, promissis longe placabere sacris.  
 Tristior Aemonijs miles digressus ab oris,  
 Tangebat Macedonum fines, murosq; subibat  
 Thessalonica tuos, sensu dolor haeret in alto  
 Abditus, & tacitas uindictæ prestruit iras.  
 Spectaturq; fauens odijs locus, aptaq; leto  
 Tempora, nec quisquam ianta de plebe repertus,  
 Proderet incautus qui corda minantia uerbis.  
 Que non posteritas, que non mirabitur etas.

E 3

## CLAVDIANI IN RVFF.

Tanti consilium vulgi potuisse taceri?  
 Aut facinus tam grande tegi, mentisq; calorem?  
 Non sermone uiae non inter pocula rumpi?  
 Aequalis tantam tenuit constantia turbam,  
 Et fuit arcanum populo, percurritur Hebrus,  
 Deseritur Rhodope, Thracumq; per ardua tendit,  
 Donec ad Herculei peruentum nominis urbem.  
  
 Vt cœsisse ducem, propius uenisse cohortes  
 Cognita Ruffino, magna ceruice triumphat,  
 Omnia tua ratus, sceptrumq; capescere feruet,  
 Et coniuratos hortatur uoce clientes,  
 Vicimus, expulimus, facilius iam copia regni,  
 T' poscere Nullus ab hoste timor, quis enim, que t' uincere solū  
 Horruit? hunc tanto munitione militi uincat?  
 Quis ferat armati? quem non superauit inermem?  
 I' nunc exitium nobis meditare remotus  
 Incassum Stilico, dum nos longissima tellus  
 Interfluat Diuidat, & medijs Nereus t' interstrepat undis,  
 T' consule Alpinas transire tibi me t' sospite rupes  
 Haud dabuntur, iaculis illinc me figere tenta.  
 Quere ferrox ensem qui nostra ad moenia tendi  
 Posit ab Italia, non te monumenta priorum?  
 Non exempla uetant? quisnam conatus adire  
 Has iactat uitasse manus? deirufimus orbe  
 Te medio, tantisq; simul spoliuimus armis.  
 Nunc epulas tempus, socij, nunc larga parare

Munera

## LIBER SECUNDVS.

38

Munera, donandumq; nouis legionibus aurum.

Opportuna meis oritur lux crastina uotis.

Quod nolit rex ipse uelit, iubeatq; coactus

In partem mihi regna dari, contingat in uno

Pruiani fugisse modum, crimenq; tyrami.

T alibus acclamat dictis infame nocentum

Concilium, qui perpetuis creuere rapinis,

Et quos una facit Ruffino causa sodales,

Ilicitum duxisse nihil, delicta fuere

Nexus amicitiae, iamiam connubia leti

Desponent aliena sibi, frustraq; uicissim

Promittunt quas quisq; petat, quas deuoret urber.

Cœperat humanos alto sopire labores

Nox gremio, pigrasq; sopor diffuderat alas,

Ille diu curis animum stimulantibus æger

Labitur in sonnos, uix toto corde querat,

Ecce uidet diras alludere protinus umbras,

Quas dedit ipse neci, quarum que clarior una

Visa loqui, proh surge toro, quid plurima uoluis,

Anxius, hac requiem rebus, finemq; labori

Allatura dies, omni iam plebe redibis

Altior, &amp; leti manibus portabere vulgi.

Has canit ambages, occulto fallit ille

Omine, nec capitis fixi pre sagia sensit.

Iam sumnum radijs stringebat lucifer Hemum,

Festinamq; rotam solito properantior urget.

† sensit præ  
sagia dira.

CLAUDIANI IN RVFF.

Tandem Ruffini uisurus funera Titan  
 Prosternit stratis, denseq; capacia turbæ  
 Atria regifico iubit splendere paratu.  
 Exceptura dapes, & quod post uota daretur  
 Inscribi proprijs aurum fatale figuris.  
 Ipse salutatum reduces post prælia turmas  
 Iam regale tumens, & principe celsior ibat,  
† factabat Collag; foemineo & gestabat mollia gestu  
 Imperij certus, tegeret eum purpura dudum  
 Corpus, & ardentes ambirent tempora gemmæ.  
 Vrbis ab angusto tractu, qua uergit in Austrum  
 Planicies uicina patet, nam cætera pontus  
 Circuit, exiguo dirimi se tramite passus.  
 Hic ultrix acies ornata fulgida ferri  
 Explicit cuneos, pedites in parte sinistra  
 Consilunt, equites illinc poscentia cursum  
 Ora reluctantur pressi sudare lupatis.  
 Hinc alij secum cristiato uertice nutant,  
 Et tremulos humeris gaudent uibrare colores,  
 Quos operit, formati calybs coniuncta per artem  
† animatur Flexilis inductis & hamatur lamina membris,  
 (Horribilis uisus) credas simulachra moueri  
 Ferrea, cognatoq; uiros spirare metallo,  
 Par uestitus equis, ferrata fronte minantur,  
 Ferratosq; mouent securi uulneris armos,  
† Diuiso & iussu stat quisq; loco, metuenda uoluptas  
Clementis,

LIBER SECUNDVS.

27

Clementi, pulcherq; timor, spirisq; remissis  
 Mansuecent uarij uento cessante dracones.  
† Arcadius Augustus ueneranda prior uexilla salutat,  
 Ruffinus sequitur, qui fallere cuncta solebat  
 Callidus affatu, deuotaq; brachia laudat,  
 Nomine quenq; uocans, natosq; patresq; reuersis  
 Nunciat incolumes, illi dum plurima ficto  
 Certatim sermone petunt, intendere longos  
 A tergo amplexus, insperatoq; suprema  
 Circuitu sociare parant, decrescere campus  
 Incipit, & clypeis in se redeuntia iunctis  
 Curuo paulatim sinuantur cornua ductu.  
 Sic ligat & immensa uirides indagine sylvas  
 Venator, sic attonitos ad littora pisces  
 Acquoreus populator agit, raroq; plagarum  
 Contrahit anfractus, & hiantes colligit oras,  
 Excludunt alios, cingi se feruidus ille  
 Nescit adhuc, grauerterq; apprensa ueste morantem  
 Increpat & Augustum, scandat sublime tribunal  
† Arcadii Participem sceptri, socium declarat honoris.  
 Cum subito stringunt gladios, uox desuper ingens  
 Infrenuit, nobis etiam deterrime nobis  
 Sperasti famulas imponere posse catenas?  
 Vnde redi nescis, patiar ne audire satelles?  
 Qui leges alij, libertatemq; reduxi?  
 Bis dominum ciuile nefas, bis rupimus alpes.

timissa  
Venetos in  
dagine salo  
tus.

## CLAVDIANI IN RVFF.

Tot nos bella docent, nulli seruire tyranno.  
Dirigit. spes nulla fugae, seges undiq; ferri  
Circunfusa micat, dextra leuaq; reuinctus  
Hæsit, & ensifer e stupuit mucrone corone.

Vt fera, qua nuper montes amisit aitos  
Altorumq; exul nemorum, damnatur arenæ,  
Iverberib. t Muneribus commota ruit. uir murmure contrâ  
Hortatur, nixusq; genu uenabula tendit.  
Illa pauc' strepitus, cuneosq; erecta theatri  
Despicit, & tanti miratur sibila vulgi.

Vnus per medios audendi prionor ense

Texerto Prostilis terebro, dictisq; & uulnere toruus  
t Heu Appetit. t Hac Stlico, quem iactas pellere dextra  
Te scrit, hoc absens inuidit uiscera ferro.

t meritūq; Sic fatu, t meritoq; latus transuerberat ictu.  
Felix illa manus, tales quæ prima cruentem  
Hauferit, & fæsi poenam librauerit orbis.  
Mox omnes fodunt hastis, artusq; trementes  
Dilaniant uno tot corpore pila tepeſcunt,  
Et non infecto puduit mucrone reuerti,  
Hi uultus audios, & adhuc spirantia uellunt  
Lumina. truncatos alij rapuere lacertos.

Amputat ille pedes, humerum quatit ille solutis  
Teonfinia Nexibus, hic fracti referat t curuamina dorſi.  
Hic iecur, hic cordis fibras, hic pandit anheli  
Pulmonis latebras, spaciun non inuenit ira,

## LIBER SECUNDVS.

40

Nec locus est odij, consumptio funere t uix tum  
Deseritur, sparsumq; perit per tela cadauer.  
Sic mons Aonius rubuit cum Penthea ferrent  
Moenades, aut subito mutatum Acteona cornu  
Traderet insanis Latonia virgo Molossis.  
Criminibus ne tuis speras fortuna mederi?  
Et male donatum certas æquare fauorem  
Supplicijs una tot millia morte rependis.  
Eueris agedum Ruffinum diuide terris,  
Da caput Oibrysij, truncum mereantur Achiat.  
Quid reliquias dabitus? nec singula mæbra percepisti  
Sufficient populis, uacuo plebs t undiq; muro  
Iam secura ruit, senibus non obſtitit ætas,  
Virginibus ue pudor, uidea quibus ille maritos  
Abſtulit, orbat æq; ruunt ad gaudia matres,  
Insultantq; alacres laceros iuuat ire per artus  
Pressaq; calcato uestigia sanguine tingi.  
Nec minus aſidiuſ t certant elidere axis  
Prodigiale caput, quod iam de cufpide summa  
Nutabat digna rediens ad moenia pompa.  
Dextera quinetiam ludo concessa uagatur  
Aera petens, t poenaq; animi persoluit auari  
Terribili lucro, uiuosq; imitata t retentus  
Cogitatur adductis digitos inflectere neruus.  
Definat elatis quisquam confidere rebus.  
Instabilesq; deos, ac lubrica numina discat.

Tuictor

Tobuia

Flagrant

Straudes

Treceptus

## CLAVDIANI IN RVFF.

Illa manus quæ sceptræ sibi gestanda parabat  
 Cuius se toties submisit ad oscula supplex  
 Nobilitas, inhunata diu, miseroq; reuulsa  
 Corpore, feralem questum post fatâ poposcit.  
 T quisquis Apicat' ne quis nimium sublata secundis  
 Colla gerat, triujs calcandus spargitur ecce  
 Qui sibi pyramidas, qui non cedentia templis  
 Ornatura suos extruxit culmina manes,  
 Terreditur Et qui Sidonio uelari credidit ostro  
 Nudus pascit aues, iace: en qui possidet orbem  
 Exiguae telluris inops & puluere raro  
 Per partes tegitur nunquam, totiesq; sepultus.  
 Senferunt conuexa necem, tellusq; nefandum  
 Emolitur onus, iam respirantibus astris,  
 Infernos grauat umbra lacus, pater Aeacus horret  
 Intransit, etiam latratu Cerberus urget.  
 Tunc animæ, quas ille fero sub iure peremit,  
 Circumstant, nigrisq; trahunt ad iudicis urnam,  
 Infesto fremitu. Veluti pastoris in ora  
 Commotæ glomerantur apes, qui dulcia rapiu  
 Mella trahit, pennasq; cent, & spicula tendunt.  
 Et tenuis saxi per propugnacula cinctæ  
 Rimosam patriam, dilectaq; pumicis antra  
 Defendunt, pronoq; fauos examine uelant.  
 Est locus infusus, quo conciliantur in unum  
 Cocytus, Phlegetonq; uadis, in amœnum uterq;  
 Alueus,

## LIBER II.

48

Alueus: hic uoluit lachrymas, hic igne redundat.  
 Turris per geminos flammis uicinior annes,  
 Porrigitur, solidoq; rigens Adamante, sinistrum  
 Proluit igne latus. dextra, Cocytia fundit  
 Aequora, triste gemens, & fletu concita plangit.  
 Huc post emeritam mortalia secula uitam,  
 Deueniunt, ubi nulla manent discrimina fati,  
 Nullus honor, uanoq; exutum nomine regem  
 Protrubat plebeius egens, quæsitor in alto  
 Conspicuus solio pertinetat crimina Minos:  
 Etiuistis dirimi fontes: quos nolle fateri  
 Viderit, ad mala mox transmittit uerbera fratri,  
 Nam iuxta Rhadamantus agit congesta superni  
 Curriculi, totoq; diu prospicerit artus,  
 Exequat damnum meritis, & muta ferarum  
 Cogit uimla pati. truculentos ingredit ursis,  
 Prædonesq; lupis, fallaces uulpibus addit.  
 At qui desidia semper, uinoq; grauatus  
 Indulgens Veneri, uoluit torpescere luxu,  
 Hunc suis immundi pingues detrudit in artus.  
 Qui iusto plus esse loquax, arcanaq; sueuit  
 Prodere, piscoas fertur uicturus in undas.  
 Ut nimiam pensent æterna silentia uocem.  
 Quos ubi per uarios annos, per mille figuræ  
 Egit Lethæo purgatos flumine, tandem  
 Rursus ad humane reuocat primordia formæ.

F

CLAUDIANI IN RVFF.

Tum quoq; dum lites stygijq; negotia soluit  
 Dura fori, ueteresq; reos ex ordine querit,  
 Ruffinum procul ecce notat, uisuq; severo  
 Lustrat, & ex mo concussa sede profatur:  
 Huc superum labes, huc insatiabilis auri  
 Proluuiies, precioq; nihil non ause parato.  
 Quidq; mibi summum scelus est: huc improbe legū  
 Venditor, Arctio stimulator perfide Martis,  
 Cuius ob innumeras strages angustus Auerni  
 Iam sinus, & plena lassatur portitor alno.  
 Quid demens manifesta negas? et pectus inust?  
 Deformat maculae, uitiosq; inoleuit imago,  
 Nec sese commissa tegunt, genus omne dolorum,  
 In te ferre lubet: dubio tibi pendula rupes  
 Immineat lapsu, uolucr te torqueat axis:  
 Te refugi fallant latices, atq; ore natanti  
 Arefcat decepta sitis, dapibusq; relictis  
 In tua mansurus migret pre cordia vultur.  
 Quanquam omnes alij quos hec tormenta fatigant  
 Pars quota sint Ruffine tui, quid tale uel audax  
 Fulmine Salmoneus, uel lingua Tantalus egit?  
 Aut inconcesso Tylius deliquit amore?  
 Cunctorum si facta simul iungantur in unum  
 Præcedes numero, quo tanta piacula quisquam  
 Suppicio conserre ualeat? quid deniq; dignum  
 Omnibus inueniam? uincant quum singula poenas.

Tollite

LIBER II

42  
 Tollite de medijs animarum dedecus umbris,  
 Aspexisse sat est: oculis iam parcite nostris,  
 Et Ditis purgate domos, agitate flagellis  
 Trans Styga, trās Erebū, uacuo mandate baratro:  
 Infra Titanum tenebras, infraq; recessus  
 Tartareos, nostrumq; Chaos, quo Ditis opaci  
 Fundamenta latent, præcepis ubi mersus anhelet,  
 Dum rotat astra polus, feriunt dum littora uenti.

CLAVDIANI LIBRI IN RVF.  
 FINVM SECUNDI FINIS.

CL ► CLAVDIANI  
 IN EVTROPIVM  
 liber primus.



Emiseris partus, metuendaq; pigno  
 ra matri,  
 Mcenibus in medijs auditū nocte lus  
 porum  
 Murmur, & attonito pecudes pastore loquutas,  
 Et lapidum duras hyemes, nymboq; minacem  
 Sanguineo rubuisse Iouem, puteosq; crurore  
 Mutatos, uisaq; polo concurrere lunas,  
 Et geminos soles mirari destinat orbis.  
 Omnia cesserunt eunicho consule monstra.  
 Heu terræ coeliq; pudor, trabecata per urbes,

CLAVDIANI IN EUTRO.

Ostentatur anus, titulumq; effeminit anni.  
Pandite pontifices Cumanæ carmina uatis,  
Fulmineos solers Hetruria consulat ignes,  
Immensumq; nefas fibris exploret aruspex,  
Quæ noua portendant superi: Nilus ne meatus,  
Deuius, & nostri tentat iam transfiguram mundi,  
Se rubro miscere mari erupto ne Niphate  
Rursum barbaricis oriens uastabitur armis?  
An morbi uentura lues? an nulla colono  
Responsuma seges? quæ tantas expiet iras  
Victima? quo diras iugulo placabimus aras?

Ieanant Prodigio: quecumq; i'parant hoc omne fata  
Eutropius ceruice luat. sic omnia nobis  
Hec regni fortuna tenet? quemam ista iocandi  
Se uitia: humanis quantum bacchabere rebus?  
Si tibi seruili placuit foedare curules  
Crimine, procedat laxata compede consul.  
Rupta quirinales sumant ergastula cinctus.

Talium Dcs<sup>t</sup> saltem quencunq; uirum: discrimina quædam  
Sunt famulis, splendorq; suis, maculamq; minorum  
Conditionis habet, domino qui uixerit uno.  
Si pelagi fluctus, Libyæ si discis barenas,  
Eutropij numerabis heros, quot iura, quot ille  
Mutauit tabulas, uel quanta uocabula uertit.  
Nudatus quoties medicum dum consulit empor,

Nc

LIBER II.

43

Ne qua per occultum lateat iactura dolorem,  
Omnes pœnituit precij, uenumq; redibat,  
Dum uendi potuit, postquam deforme cadauer  
Manus, & in rugas totus defluxit aniles,

Iam specie doni certatim limine pellunt,  
Et secundum signari properant obtrudere mutus.

signari  
t locis

Tot translata iugis sommisit colla, uetus tum

Seruitum, semperq; nouum, nec desitit unquam:

Sæpe coepit tamen cunabula prima cruentis

Debita supplicijs, rapitur castrandus ab ipso

Vbere, suscipiunt matris post uiscera poene.

Aduolat Armenius: certo mucrone recisos

Edictus mollire mares, damnoq; nefandum

Aucturus precium, secundum corporis signem

tinguo

Sedibus exhaustis geminis, unoq; sub ictu

Eripit officium patris, nomenq; mariti.

Ambiguus uite iacuit, penitusq; supremum

In cerebrum scelli traxerunt frigora nerui.

Laudemus ne manum, quæ uires abstulit hosti?

An potius fato causam tribuisse queramus?

Prosuferat mansisse uirum, felicior extat

Opprobrio: seruiret a dhuc, si fortior esset.

Inde per Assiriæ trahitur commertia ripæ.

Hinc foræ uenalis Galata ductore frequentat,

Permutatq; domos uarias, quis nomina posse

Tanta sequi: miles stabulis Ptolemæus in illis

grandior

F 3

## CLAVDIANI IN EUTRO.

**T**arantio hic longo lassatus pellicis usu  
 Donat Arifl. eo, neq; enim iam dignus haberi  
 Nec maturus emi, quum fastiditus abiret.  
 Qua genuit, quanto planxit diuortia luctu.  
 Hæc erat heu Ptolemeæ fides, hoc profuit etas  
 In gremio consumpta tuo, lectusq; iugalis,  
 Et ducti toties inter præsepio somni:  
 Libertas promissa perit, uiduum ne relinquis  
 Europium? tantasq; premunt obliuia noctes?  
 Crudelis, generis prob sors durissima nostri.  
 Foemina cum senuit retinet communia partu,  
 Vxorisq; decus matris reverentia pensat.  
 Nos Lucina fugit, nec pignore nititur ullo:  
 Cum forma dilapsus amor, defloruit oris  
 Gratia: qua miseri scapulas tutabimur arte?  
**T**auitum Qua placeam ratione senex: sic fatuus acutum  
 Aggreditur lenonis opus, nec segnis ad artem  
 Mens erat, officijq; capax, omnesq; pudoris.  
 Hauserat in fidias, custodia nulla tuendo  
 Fida toro, nulli poterant excludere uectes.  
 Ille uel ærata Danaen sub turre latentem  
 Eliceret, sletus domini fingebat amantis,  
 Indomitasq; mora, precio lenibat auaras,  
 Lasciuasq; iocis, nec blandior illus euntis  
 Ancilla tetigisse latus, leuiterq; reducitis  
 Vestibus occulto crimen mandasse susurro,

Nec

## LIBER I

44

Nec furtis quefisse locum, nec fraude reperta  
 Cautior elusi fremitus uitare mariti.

Haud aliter iuuenum flammis Ephyreia Laic  
 E gemino ditata mari, quum ferta refudit  
 Canicies: iam turba procax, noctisq; recedit  
 Ambitus, & raro pulsatur ianua tactu,  
 Seq; reformidat speculo dannante senectus.  
 Stat tamen, atq; alias succingit lena ministras.

Dilectumq; diu quamvis longæa lupanar  
 Circuit, & retinet mores, quos perdidit etas.  
 Hinc honor Eutropio, quinq; omnibus unica virtus

Tsemel

Eset in eunuchis, thalanos seruare pudicos,  
 Solus adulterijs crevit, nec uerbera tergo  
 Cessauere tamen, quoties decepta libido  
 Irati caluisset beri, frustraq; rogantem,  
 Iactantemq; suos tot iam per lustra labores,  
 Dotalem genero, nutritoremq; puellæ  
 Tradidit: Eous rector consulq; futurus,  
 Perfectab domine crines, & sape lauantii  
 Nudus in argento lympham gestabat alumna:  
 Et quum se rapido fessam proiecerat æstu,

Patrius roseis pauorum uentilat alis.

Iamq; æuo lassata cutis, sulcisq; genarum  
 Corruerat, passa facies rugosior uua:  
 Flava minus presso sinduntur uomere rura:  
 Nec uento sic uela tremunt, miserable turpes

F 4

## CLAVDIANI IN EUTRO.

Ideserta Exedere caput tineæ, t' deserta patebant  
 Interualla comeæ. Qualis fitientibus aruis  
 Arida ieiunæ seges interlucet aristæ.  
 Vel qualis gelidæ pluma labente pruñis  
 Arboris immoritur trunco, brunalis hirundo.  
 Scilicet ut trabcis iniuria cresceret olim,  
 Has in fronte notas, hoc dedecus addidit oris  
 Luxuriæ fortuna sua: quum pallida nudis  
 Osibis, horrorem dominis præberet imago  
 Decolor, & macies occursu laceret omnes.  
 Aut pueris latura metus, aut tedia mensis,  
 Aut crimen famulis, aut procedentibus omen,  
 Et nihil exhausto caperent in stipite lucri.  
 Sternere quippe toros, uel cedere ligna culinæ  
 Membra negant. aurum, uestes, arcana tueri  
 Inuita Mens t' infida uela, quis enim committere uellet  
 Lenoni thalamum? tandem ceu funus acerbum  
 Infaustumq; suis trusere penatibus umbram.  
 Contemptui iam liber erat. Sic pastor obesum  
 Latte canem, ferroq; ligat, paciūq; reuinctum,  
 Dum ualidus seruare gregem, uigiliūq; rapaces  
 Latratu terrere lupos: quum tardior idem  
 Ideicit Iam scabie laceras t' demisit sordibus aures,  
 Soluit, & exuto lucratur uimula collo.  
 Est ubi despectus nimius iuuat, undiq; pulso  
 Per cunctas licuit fraudes impune uagari,

Et

## LIBER PRIMVS. 45

Et satis aperire uiam, prob quisquis olympi  
 Summa tenes, tanto ne libet mortalia riste  
 Vertere? qui serui non est admissus in usum,  
 Suscipitur regnis, & quem priuata ministrans  
 Dignata domus, moderantem sustinet aula.  
 Ut primum uetulam texere palatia uulpem,  
 Quis non ingemuit? quis non irrepere sacris  
 Obsequijs doluit toties uenale cadauer?  
 Ipsi quinetiam tali consorte fremebant  
 Regales famuli, quibus est illustrior ordo  
 Seruit, sociumq; diu foreuere superbi.  
 Cernite quem Latij poscant adnectere fastis:  
 Cuius & eunuchos puduit, sed uilior ante  
 Obscuræ latuit pars ignotissima turbæ,  
 Donec abundantia furijs qui rebus Eois  
 Exitium, primumq; sibi produxit ab imis  
 Euctus thalamis, summos inuasit honores.  
 Quām bene dispositum terris, ut dignus iniqui  
 Fructus consiliij, primis autoribus instet.  
 Sic multos fluvio uates arente per annos,  
 Hospite qui cæso monuit placare tonantem,  
 Inuentas primum Busridis imbuit aras:  
 Et cecidit seu, t' quo dixerat hostia sacri.  
 Sic opifex tauri, tormentorumq; repertor,  
 Qui funesta nouo fabricauerat æra dolori,  
 Primus inexpertum Siculo cogente tyranno

t' qui

F 5

CLAVDIANI IN EUTRO.

Sensit opus, docuitq; suum mugire iuuenium.  
Nullius Eutropius, quam qui se protulit ante,  
Direptas possedit opes, nullumq; priorem  
Perculit exilio, solunq; hoc rite peregit,  
Auctorem damnare suum, postquam obstitus euo  
Semiuius excelsam rerum sublatum in arcem.

Tstatis Quid nec uota pati, nec fingere somnia possunt.  
Vidit sub pedibus leges, subiectaque colla  
Nobilium, tantumq; sibi permittere fatu.  
Qui nihil optasset plus libertate mereri,  
Iam iam disimulat dominos, alteq; tumescunt  
Seruiles animi, procerum squallore repletus  
Carcer, & exilibus Meroë, campiq; gemiscunt  
Aethiopum, poenis hominū plaga personat ardens,  
Marmaricus claris uiolatur cædibus Hammon.

Afferius nihil est humili, quum surgit in altum:  
Cuncta ferit, dum cuncta timet, deseuit in omnes,

Vt se posse putent: nec bellua tetrica illa est

Tterga Quām serui rabies, in libera & colla furentis:  
Agnoscit gemitus, & pœne parcere nescit  
Quām subiit, dominiq; memor quē uerberat, odit.  
Adde quod eunuchus nulla pietate mouetur,  
Nec generi natis ue cauet, clementia cunctis  
In similes, animosq; ligant consortia damni.  
Ille nec eunuchis placidus, sed peius in aurum  
Aestuat, hoc uno fruitur succisa libido.

Quid

LIBER PRIMVS 46

Quid neruos secuisse iuuat? uis nulla cruentam  
Castrat auaritiam, paruis exercita furtis, Tcuria  
Quæ uastare penum neglectaq; fuerat arce,  
Claustra remoliri: non uberiore rapina Tnūc, uel  
Peccet in orbe manus: quicquid se Tigris ab Hæmo num  
Diuidit, hoc certa proponit merce locandum  
Institor imperij, caupo famosus honorum.  
Hic Asiam uilla pactus regit, ille redemit  
Coniugis ornatu Syriam, dolet ille paterna  
Bitibynos mutasse domo suffixa & patenti Tpotenti  
Vestibulo, precijs distinguit regula gentes.  
Tot Galatæ, tot Pontus eat, tot Lydia nummis.

Si Lyciam tenuisse uelis, tot nullia ponas:  
Si Phrygas, adde parum: propriæ solatia sortis  
Communes uult esse notas, & uenditus ipse  
Vendere cuncta cupit, certantum sepe duorum  
Diuersum suspendit onus, cum pondere index  
Vergit, & in geminas nutat prouincia lances.

Non pudet heu superi populos uenisse sub hasta  
Vendentis: certe pudeat quod iure sepultum  
Mancipium tot regna teneat, tot distrahit urbes.  
Pollentem folio Croesum uictoria Cyri  
Fregit, ut eunicho fluarent Paxtolus & Hermus;  
Attalus hæredem uoluit te Roma relinquis;  
Resistit Antiochus prescriptio margine tauris  
Indomitos curru Seruilius egit I sauros:

CLAVDIANI IN EUTRO.

Et Pharos Augusto iacuit, uel Creta Metello.  
Ne non Eutropio questus numerosior esset,  
In mercem uenient Cilices, lud. ea, Sophene,  
Romanusq; labor, Pompeianiq; triumphi.  
Quo struis hos auri cumulosisque pignora tantis  
Succedunt opibus nubas ducas ue licebit,  
Nunquam mater eris, nunq; pater: hoc tibi ferrum,  
Hoc natura negat. te grandibus India gemmis,

† spolijs Te i folijs Arabes, ditent te uellere Seres:  
Nullus inops adeo, nullum sic urget egestas,  
Ut uelit Eutropij fortunam & membra pacisci.  
Iamq; oblitera sui, nec sobria diutius mens,  
In miseras leges, hominumq; negocia ludit.  
Iudicat eunuchus, quid iam de consule miror?  
Prodigium est quodcunq; gerit, que pagina lites  
† Sic actas † Fæmineas meminit quibus unquam secula terris,  
Eunuchi uidere forum? sed ne qua uacaret  
Pars ignominia, neu quid restaret inausum,  
Arma etiam uiolare parat, portentaq; monstros  
† Aggerat † Aggregat, & secum petulans amentia certat.

† auersa Erubuit Mauors † aduersaq; risit Enyo,  
Dedecus Eoum quoties intenta sagittis,  
Et pharetra fulgens anus exercetur Amazon.  
Arbiter aut quoties belli pacisq; recurrit,  
Alloquiturq; Getas, gaudet cum uidebit hostis,  
Et sentit iam deesse uiros. incendia fumant.

Muris

LIBER PRIMVS. 47

Muris nulla fides, squalent populatis agri.  
Et medio spes sola mari. trans Phasin aguntur  
Cappadocum matres, stabulisq; abducta paternis  
Caucasas captiua bibunt armenta pruinas,  
Et Scythicis mutant Argæi pabula sylvis.  
Extra Cimmerias taurorum claustra paludes.  
† Flos syrie ferut spolijs, nec sufficit atrox  
Barbarus, in cædem uerit fastidia prede.  
Ille tamen (quid enim seruum mollemq; pudebit?  
Aut quid in hoc poterit uultu flagrare ruboris?) † superare  
Pro uictore redit, peditum uexilla sequuntur,  
Et turmae similes, eunuchorumq; manipli,  
Helleponiacis legio dignissima signis,  
Obuius ire cliens, defensorumq; reuersum  
Complecti, placet ipse sibi, laxasq; laborat  
Distendisse genas, fistumq; inflatus anhelat.  
Pulucre respersus † tineas, & solibus ora  
Pallidior, uerbisq; sonat plorabile quiddam.  
Ultra nequitiam fractis, & prælia narrat,  
Perq; suam tremula testatur uoce sororem  
Defecisse uagis ad publica commoda uires.  
Cedere liuori, nec sustentare procellas  
Inuidie, mergiç; fretis sumantibus orat.  
Exoretq; utinam, dum talia satur ineptas  
Detergit lachrymas, atq; inter singula dicta  
Fleble suspirat. Qualis uenit arida socrus

† Assyrus

† tunicas

CLAUDIANI IN EUTRO.

Longinquam uisura nurum, uix lassa resedit,  
 Et iam utra petit, quid te turpisime bellis  
<sup>†medis</sup>  
 Inseris? aut seuis pertentas? Pallada campis?  
<sup>†praelia</sup>  
 Tu potes alterius studijs hæcere Minerue:  
 Quidam seui  
 capi legunt,  
 Tu telas, non tela pati, tu stamina nosse,  
 Tu segnes operum solers urgere puellas,  
 Et nucem dominæ pensis inuoluere lanam.  
 Vel si sacra placent habetas pro Marte Cybelam.  
 Rauca Celenaor ad tympana disce furores.  
 Cymbala ferre licet, pectusq; illidere pinu:  
 Inguinis & reliquum Phrygijs absindere cultris.  
 Arma relinque uiris, geminam quid diuidis aulam?  
 Conarisiq; pios odijs committere fratres?  
 Te magis, ab demens, ueterem si respicis artem,  
 Conciliare decet, gestis pro talibus annum  
 Flagitat Eutropius, ne quid non polluat unus  
 Dux, acies, iudex, pretoria, tempora, consul.  
 Nil adeò scđum est, quod non exacta uetus  
 Ediderit, longiq; labor commiserit æui.  
 Oedipodes matrem, natam duxisse Thyestes  
 Cantatur: peperit fratres Iocasta marito,  
 Nabes Et Pelopea sibi Thebas, ac funera Troiæ.  
 Tristis Eriðhai deplorat scena theatri.  
 In uolucrem Tereus, Cadmus se uertit in anguem,  
 Scylla nouos mirata canes, hunc arbore figit,  
 Eleuat hunc pluma, squamis hunc fabula uexit.

Hanc

LIBER PRIMVS 48

Hanc soluit fluvio, nunquam spado consul in orbe,  
 Nec index ductor' ue fuit, quodcunq; uirorum  
 Est decus, eunuchi scelus est: exempla creaturæ  
 Quæ Socci superent risus, luctusq; Cothurni.  
 Quam pulchre cōspectus erat, quoniam tēderet artus  
 Exangues, onerare togas, cinctusq; grauatus: <sup>†tonare</sup>  
 Inductoq; senex obsecnor iret in auro. <sup>†Induto</sup>  
 Humani qualis simulator Simius oris:  
 Quem puer arridens, precioso flamine Serum  
 Velavit, nudasq; nates ac terga reliquit,  
 Ludibriū mensis, erecto pectore diues  
 Ambulat, et claro sese deformat amictu.  
 Candida pollutos comitatur curia fasces.  
 Forstitan & dominus præbet miracula lictor  
 Consule nobilior, libertatemq; datus,  
 Quam nondum meruit, scandit sublimè tribunal,  
 Atq; inter proprias laudes Aegyptia iactat  
 Somnia, prostratosq; canit se uate tyrannos.  
 Scilicet in dubio uindex Bellona pependit,  
 Dum spado Tyrrhas, eneuatusq; Melampus  
 Reptat, ab extremo referens oracula Nilo.  
 Obstrepuere aiuum uoces, exhorruit annus  
 Nomen, & insanum gemino proclamat ab ore:  
 Eunuchumq; uetus fastis accedere Ianus.  
 Sumeret illicitos & enim si scœmina fasces,  
 Esset turpe minus Medis, leuibusq; Sabæis.

CLAUDIANI IN EUTRO.

Imperat hic sexus, reginarumq; sub armis  
 Barbariae pars magna iacet, gens nulla probatur  
 Eunuchi que sceptra ferat. Tritonia, Phoebe,  
 Vesta, Ceres, Cybele, Iuno, Latona, coluntur.  
 Eunuchi que templo deis quas uidimus aras?  
 Inde sacerdotes, hæc intrat pectora Phœbus,  
 Inde canunt Delphi, Troianam sola Mincruam.  
 Virginitas Vestalis adit, flammulasq; tuctur.  
 Hi nullas meritis uitias, semperq; prophani.  
 Nascitur ad fructum mulier, prolemq; futuram:  
 Hoc genus inuentum est ut seruiat. Herculis arcu  
 Concidit Hypolite: Danai fugere bipennem  
 Penthesilea tuam: claras Carthaginis arcus  
 Creditur, & centum portis Babylona superbam  
 Fœmineus struxisse labor. Quid nobile gesit  
Turbes  
 Eunuchus? que bella tulit, quas condidit arces?  
 Illas præterea rerum natura creauit,  
 Hos fecere manus: seu prima Semiramis astu  
 Assyrijs mentita uitrum, ne uocis acutæ  
 Mollicies, leuesq; genæ se prodere possent.  
 Hos sibi coniunxit similes: seu Parthica ferro  
 Luxuries uetus nasci lanuginis umbram,  
 Seruatoq; diu puerili flore coëgit  
 Arte retardatam Veneri seruire inuentam.  
 Fama prius falso similis, uanoq; uideri  
 Ficta ioco. leuior uolitare per oppida rumor;

Rideriq;

LIBER PRIMVS

49

Rideriq; nefas, uelut in grantibus alis  
 Audiretur olor, coruo certante ligustris.  
 Atq; aliquis grauior morum, Si talibus, inquit,  
 Creditur, & nimis turgent mendacia monstros:  
 Iam testudo uolat, profert iam cornua uultur,  
 Prona petunt retro fluuij tuada, Gadibus ortum  
fluga  
 Armenij texere diem, iam frugibus aptum  
 Aequor, & affuetum sylvis delphina uidebo.  
 Iam coelestis homines iunctos, & quicquid inane  
 Nutrit, Iudaicis qua pingitur India uelis.  
 Subiicit, & mixtis salibus lasciuior alter:  
 Miraris? nihil est quod non in pectore magnum  
 Concipit Eutropius, semper noua, grandia semper  
 Diligit, & celeri degustat singula sensu.  
 Nil timet à tergo: uigilantibus undiq; curis  
 Nocte dieq; patet: lenis facilisq; moueri  
 Supplicibus, mediaq; tamen mollissimus ira.  
 Nil negat, & se si uel non poscentibus offert.  
 Quodlibet ingenio subigit, tradiq; fruendum.  
 Quicquid amas, dabit illa manus, cōmuniter omni  
 Fungitur officio, gaudetq; potentia flecti.  
 Hoc quoq; consilijs peperit, meritoq; laborum  
 Accipit, & trabeas argute premia dextræ.  
 Postquam uera fides facinus uulgauit Eoum  
 Gentibus, & Rome iam certius impulit aures:  
 Eutropium ne etiam nostra dignabimur iras?

G

CLAVDIANI IN EUTRO.

Hic quoq; Romani meruit pars esse doloris?  
Sic effata, rapit celi per inania cursum  
Diua potens, unoq; Padum translapsa uolatu,  
Castra sui rectoris adit. Tum forte decorus  
Cum Stilicone gener, pacem implorantibus ultro  
Germanis responsa dabat, legesq; Caycis  
Ardiuus, & flauis signabat iura Sucuis.

Treges His tribuit leges, his obfida fcederu sancit.  
Indictio: bellorum alios transscribit in usus.  
Militet ut nostris detonsa Sicambria signis.  
Leta subit Romanam pietas, & gaudia penè  
Mouerunt lachrymas, tantoq; exultat dummo.  
Tdescēdēte, Sic armenta suo iam defensante iuuenco  
quidā defen- fata legunt. Celsius assurgunt erecte cornua matri.  
Sic iam terribilem stabilis, dominumq; ferarum  
Crescer miratur genitrix Majilla leonem.  
Dimouit nebulam, iuueniēt apparuit ingens.  
Tunc sic orsa loqui: Quantum te principe posim  
Non longinqua docēt. domito quod Saxone Tethys  
Mitior, aut fracto secura Britannia pisto  
Ante pedes humili Franco, tristisq; Sueuo  
Perfruor, & nostrum uideo Germanice Rhenum.  
Sed quid agam? discors oriens felicibus actis  
Inuidet, atq; alio Phœbi de cardine surgunt  
Crimina, ne toto confiret corpore regnum.  
Gildonis taceo magna cum laude receptam

Perfidia

LIBER PRIMVS

50

Perfidiam, & fretos Eō robore Mauros.  
Quet suscepta fames: quantum discriminis urbis? suspecta  
Ni tua uel socii nunquam non prouida uirtus,  
Australē Arctois pensasset frugibus annum?  
Inuestae Rhodani Tyberina per ostia classes  
Cynipheisq; serax Araris succedit arisitis.  
Theutonicus uomer, Pyreneiq; iuueni  
Sudauere mibi, segetes mirantur Hiberas  
Horrea, nec Libyæ senserunt damna rebellis,  
Iam transalpina contenti messe Quirites.  
Ille quidem meritas soluit (scit Tabraca) poenas:  
Ut pereat quicunq; tuis conflixerit armis.  
Ecce recens ijsdem clades à partibus exit,  
Terrorisq; minus, sed plus habitura pudoris:  
Eutropius consul, pridem tolerare fatemur,  
Hoc genus Arsacio postquam se regia fastu  
Sustulit, & nostros corrupit Parthia mores.  
Prefecti sed adhuc gemmis, uestiisq; dabantur  
Custodes, sacroq; adhibere silentia somno.  
Militia eunuchi nunquam progressa cubile,  
Non uita spondere fidem, sed inertia tantum  
Mentis pignus erat, secreta monilia seruent,  
Ornatus current Tyrios, à fronte recedant  
Imperij, tenero tractari pectore nescit  
Publica maiestas, nunquam uel in equore puppim  
Vidimus eunuchi clavo parere magistri.

titulum

G 2

CLAVDIANI IN EUTRO.

Nos adeò sperni faciles? orbisq; carina  
 Villiore auror acerte est, que talia ferre  
 Gaudet, & assuetas sceptris muliebribus urbes,  
 Posideant quid belliferae communibus urunt  
Inocturna Italian maculis? nocituraq; probra scueris  
 Admiserent populis? peregrina piacula forti  
 Pellantur longe Latio, ne transcat Alpes  
 Dedecus, in solis quibus exitit hreat aruis.  
Informæ Scribat Halis, scribat famæ contemptor Orontes.  
 Per te, perq; tuos obtestor Roma triumphos  
 Nesciat hoc Tybris, nunquam poscentibus olim,  
 Qui dare Dentatis annos, Fabijq; solebat.  
 Martius eunuchi repetet suffragia campus?  
 Aemilios inter seruatoresq; Camilos  
 Eutropius? iam Chrysogonis tua Brute potestas  
 Narcisiq; datur, natis hoc dedere poena  
 Profuit? & misero ciuem preponere patri?  
 Hoc mihi Ianiculo positis Hettruria castris  
 Quæsit, & tantum fluvio Porsenna remotus?  
 Hoc meruit uel ponte Coles, uel Mutius igne?  
 Visceribus frustra castum Lucretia ferrum  
 Meruit, & attonitum tranauit Chœlia Tybrim?  
 Eutropio fasces adserubabant adempti  
 Tarquinis? quenq; me & uxore curules  
 Laxato ueniat socij spectator Auerno.  
 Impensi sacris Decij prorumpite bustis,

Torqua

LIBER PRIMVS.

52

Torquatiq; truces, animosaq; pauperis umbra  
 Fabritij, tuq; o si forte inferna piorum  
 Iugera & Elysias scindis Serrane nouales.  
 Poeno Scipiade, Poeno pæclare Lutati.  
 Sicaria Marcella ferox, gens Claudia surgat.  
 Et Curij ueteres, & qui sub iure negasti  
 Viuere Cesareo paruo procede sepulchro  
 Eutropium passare Cato, remate tenebris  
 Agmina Brutorum, Coruinorumq; caterue.  
 Eunuchi uestros habitus insignia sumunt  
 Ambigui Romana mares rapuere tremendas  
 Annibali, Pyrrhoq; togas, labella perosi  
 Aspirant trabeis, iam non umbracula gestant  
 Virginibus. Latias ausi uibrare secures.  
 Linquite foeminas infelix turba latebras  
 Alter quos pepulit sexus, nec suscipit alter  
 Executi Veneris stimulus & uulnere casti.  
 Mixta duplex etas, inter puerumq; senemq;  
 Nil medium, falsi complete sedilia patres.  
 Itc noui proceres, insecundoq; senatu  
 Eutropium stipate ducem, celebrate tribunal  
 Pro thalamis, uerso iam discite more curules,  
 Non matrum pilenta sequi, ne prisca reuoluam,  
 Neu numerem quantis iniuria mille per annos  
 Sit retro ducibus, quanti fodabitur æui  
 Canities eunam subeant quot secula culpam?

Tuerendas

G 3

## CLAVDIANI IN EUTRO.

Inter Aris the fastus, & nomen herile  
Tsequabit Scrivus erit, dominoq; suos & equalis honores,  
Inseret. heu semper Ptolom. ei noxia mundo  
Mancipia. en alio ledor grauiore Photino,  
Et patior maius Phario scelus. ille cruorem  
Consulis unius Pelleis ensibus haustis:  
Inquinat hic omnes. si nil priuata mouebunt;  
At tu principib; nostrae tu prospice causae,  
Tauerte Regalesq; adverte notas. hunc accipit unum  
Aula magistratum, uobis, patribusq; recurrit  
Hic alterius bonos, in crimen cunctibus annis  
Parce quater consul, contagia fascibus oro  
Defendas ignava tuis. neu tradita libris  
Tomina t' Omnia, uestitusq; meos, quibus omne quod ambit  
Oceanus domui, tanta caligine mergi,  
Ueramus Calcariq; suds nam que iam bellat feramus  
Mollibus auspicijs? aut que connubia prolem?  
Natura Aut frugem t' latus ager? quid fertile terris?  
Leges Quid plenum sterili posit sub consule nasci?  
Eunuchi si iura dabunt, legesq; tenebunt,  
Ducant pensa uiiri, mutatoq; ordine rerum  
Viuat Amazonio confusa licentia ritu.  
Quid trabor ulterius? Stilco quid uincere differt  
Dum certare pudet? nglis quod turpior hostis  
Letitia maiore cadit, piratica magnum  
Erigit. illustrat seruulis laurea Crassum.

† Annus.

## LIBER PRIMVS 52

† Annus. agnoscit fremitum, quo palluit Eurys, At ulx  
Quo Mauri, Gildoq; ruit. quid Martia signa agnoscit  
Solllicitas non est iaculis hastis ue petendus.  
Conscia succumbent audito uerbere terga.  
Ut Scytha post multos rediens exercitus annos,  
Quum fibi seruulis pro finibus obvia pubes  
Iret, & arceret dominos tellure reuersos,  
Armatam ostensis aciem fudere flagellis.  
Notus ab incepitis ignobile reppulit horror  
Vulgus, & t' addictus sub uerbere torpuit ensis. Tadductus

## CLAVDIANI PRIORIS LIBRI IN EUTROPIVM FINIS.

## CL. CLAVDIANI PROLOGUS SECUNDI LIBRI IN EUTROPIUM.

**Q** Vi modo sublimes rerum flectebat habens  
Patrius, rursus uerbera nota timet,  
Et solitos tardae passurus compedis orbes,  
In dominos uanas luget abiisse minas.  
Culmine deiectum uite fortuna priori  
Reddidit, insano iam faciata ioco.  
Scindere nunc alia meditatur ligna securi,  
Fascibus & tandem uapulat ille suis.

Tipse

Ilicet as consul poenas, se consule soluit:  
Annus qui trabeas, hic dedit exilium.

G 4

CLAVDIANI IN EUTRO.

Infaustum populis in se quoque uertitur omen.

Sicut in autorem prodigiosus honor.

Ablato penitus respirant nomine fasti,

Taura Maturamq; luem sanior t aula uomit.

Dissimulant socij, coniuratiq; recidunt,

Procumbit pariter cum duce tota cohors.

Non acie uicti, nec seditione coacti,

Ne pereant ritu quo periere uiri.

Concidit exiguae dementia uulnere chartæ,

Conficit saeum littera Martis opus.

Mollis foemina detruditur arte tyrannus,

Et ibalamo pulsus perdidit imperium.

Sic iuuens nutante fide, ueteriq; reducta

Pellice, defletam linquit amica domum.

Tearpit Caniciem raram largo de puluere t turpat,

Et lachrymis rugas implet anile gemens.

Subsistit Suppliciterq; pias humiliis t prostratus ad aras  
Mitigat iratas uoce tremente nurus.

Innumeri glomerantur heri, sibi quisq; petentes

Mancipium solis utile supplicij.

Quamuis foedus enim, mentemq; obscenior ore,

Ira dabant precium, poena meretur emi.

Quas spado nunc terras, aut quæ transibis in axem?

Cingeris hinc odij, inde recessit amor.

Vtraj; te gemino sub sidere regia dannat.

Hesperius nunquam, iam nec Eous eris.

Miror

LIBER SECUNDVS 55

Miror cur alijs qui pandere fatâ solebas,

Ad propriam cladem cæca Sibylla taces?

Iam tibi nulla uidet fallax insomnia Nilus.

Peruigilant uates, nec miserande tui.

Quid soror? audebit tecum descendere puppem?

Et ueniet longum per mare fidâ comes?

An fortasse thoros eunuchi pauperis odit?

Et te nunc inopem diues amare negat?

Eunuchi iugulum primus secuisse fateris,

Sed tamen exemplo non feriere tuo.

Viue pudor sati, en quem tremuere tot urbes,

En cuius populi suslinuere iugum.

<sup>t</sup>Cuius tot

Diruptas quid plangis opes? quas natus habebit?

Non aliter poteras principis esse pater.

Improbè quid pulsas mulieribus astra querelis?

Quid sibi sub Cypri littore parta quies?

<sup>t</sup>Quod tibi

Omnia barbarico per te concussa tumultu.

Crede mihi, terris tutius æquor erit.

Iam non Armenios iaculis terrebris & arcu,

Per campos uolucrem non agitabis equum.

Dilecto caruit Bizantius ore senatus,

Curia consilijs estuat orba tuis.

Emeritam suspende togam, suspende pharetram:

Ad Veneris partes, ingeniumq; redi.

Non bene Gradiuo lenonia dextera seruit.

Suscipiet famulum te Cytherea libens.

G 5

CLAVDIANI IN EUTRO.

Insula Leto choris, blandorum mater amorum,  
Nulla pudicitie cura placere potest.  
Sed Prospectant Paphiæ celsa de rupe pueræ,  
Sollicitæ, saluam dum ferat unda ratem.  
Sed ueroe tenet ne te Tritones in alto  
Lasciuas doctum fallere Nereidas:  
Aut idem cupiant pelago te mergere uenti,  
Gildonis nuper qui tenuere fugam.  
Inlyta captiuo memoratur Tabraca Mauro.  
Naufragio Cyprus sit memoranda tuo.  
Vecturum moriens frustra Delphina uocabis,  
Ad terram solos deuehit ille uiros.  
Quisquis adhuc similes eunuchus tendit ad actus,  
Respiciens Cyprum desinat esse ferox.

C L. CLAVDIANI IN  
Eutropium liber secundus.

**M**ygdonij cineres, & si quid restat Eoi,  
Quod peat regni, certe non augure falso  
Prodigijs patuere minæ, frustraq; pacto  
Vulnere, monstriferi præsgia discitis anni.  
Caution ante tamen uiolentum nauita Corum  
Prospicit, & tumida subducit uela procelæ.  
Quid iuuat errores mersa iam puppe fateris?  
Quid lachrymæ delicta leuant? stant omnia uicti  
Consulis,

LIBER SECUNDUS 54

Consulis, immotis hædere piacula fatis.  
Tunc decuit sentire nefas, tunc ire recentes  
Detersum maculas, ueteri post obruta morbo  
Corpora, Pæonias nequicquam admoueris, herbas Tartæ  
Vlceræ possessis alte suffusa medullis  
Non leuiore manu, ferro sanantur, & igni,  
Ne noceat frustra mox eruptura cicatrix.  
Ad uiuum penetrant flammæ, quò funditus humor  
Defluat, & uacuis corrupto sanguine uenis  
Arefcat fons ille mali, runcantur & artus  
Ut licet reliquis securum uiuere membris.  
At uos egregie purgatam creditis aulam,  
Eutropium si Cyprus habet, uindictæq; mundi  
Semiuir exul erit, quis uos lustrare ualebit  
Oceanus, tantum facinus quæ diluet etas?  
Induerat needum trabeas, mugitus ab axe  
Redditus inferno, rabies arcana caueras  
Vibrat, & alterno confligunt culmina lapsu.  
Bacchatus per operta tremor, Calchedona mouit  
Pronus, & in geminas nutauit Bosphorus urbes.  
Concurrere freti fauces, radice reuulsa  
Vitant instabilem rursus Symplegada nautæ:  
Scilicet haec stygiæ premittunt signa sorores,  
Et sibi iam tradi populos, hoc consule gaudent.  
Mox oritur diuersa lues, hinc Multiber ignes  
Sparserat, hinc uicto proruperat obice Nereus,

CLAVDIANI IN EUTRO.

Hinc flagrāt, hinc tecta natant. Quā numina poenā  
Scruatis sceleriēcius tot cladibus omen

¶ Obstitit ¶ Constituit: incumbas utinam Neptune tridentis,  
Pollutumq; solum toto cum crimine mergas.  
Vnam pro mundo furijs concedimus urbem.

Vtq; semel patuit monstros iter, omnia tempus  
Nacta suum properant nasci, tum decolor imber,  
Infantumq; noui uultus, & diffusa partu  
Semina, tum lapidum fletus, armentaq; uulgō  
Ausā loqui, medijsq; ferē se credere muris.

Tum uates sine more rapi, lymphataq; paſsim  
Terrifici Pectora fatidici ſtimulis ignescere Phobi.

Fac nullos cecinisse deos, adeōne retuſi  
Quisquam cordis erit, dubitet qui pārtibus illis  
Affore fatalem caſtrati consulī annūmē

» Sed quām cæcū inest uitij amor, omne futurum  
» Despicitur, ſuadentq; breuem p̄ſentia fructum,  
» Et ruit in uetitum dampni ſecura libido,

» Dum mora ſupplicij lucro, ſerumq; quod inſtat  
Creditur, haud equidem contra tot ſigna Camillo

Detulerim fasces, ne dum (prob) ſexus inertī  
Mancipio, cui cuncta licet repponſa iubent,

Hortantesq; licet ſpōndent proſpera diui,  
Turpe fuit ceſiſſe uiros, exquirire retro

Crimina, continui lectis annalibus eui  
Prisca recensuit, euoluite ſecula fasilis.

Quid

LIBER SECUNDVS 55

Quid ſenis infandi Capreæ, quid ſcenæ Nerois Tccena

Tale ferunt: ſpado Romuleo ſuccinctus amictu

Sedit in auguftis laribus, uulgata patebat

Aula ſalutantum ſtudijs: buc plebe ſenatus

Permixta, trepidiq; duces, omnisq; potefias

Confluit, aduoluſi genibus, contingere dextram

Ambitus, & uotum deformibus oſcula rugis

Figere: praefidium legum, genitorq; uocatur

Principis, & famulum dignatur regia patrem.

Posteritas admittit fidem, monumenta petuntur

Dedecoris, multisq; gemunt incudibus æra

Formatura nefis. hec iudicis illa togati,

Hic niter armati ſpecies, numerosus ubiq;

Fulget eques, præfert eunuchi curia uultus.

Ac ueluti caueant, ne quo confitere uirtus

Poſit pura loco, cunctas hec ora laborant

Inceſtare uias, maneant immota precamur,

Certaq; perpetui ſint argumenta pudoris.

Subter adulantes tituli, nimiaeq; leguntur

Vel maribus laudes, claro quod nobilis ortu.

Coniuiant domini, quod maxima prelia ſolus

Impieat, & pariter miles, quod tertius urbis

Conditor. hoc Bizas, Conſtantinusq; uidebunt:

Inter que tumidus leno producere coenas

In luſem fecere mero, diſpergere plauſum

Empturas in uulgas opes, totoſq; theatris

Plauſitū

CLAVDIANI IN EUTRO.

Indulgere dies, alieni prodigus auri.

At soror, & (si quid portentis creditur) uxor  
Mulcebat matres epulis, & more pudicæ  
Coniugis, eunuchi celebrabat uota mariti.  
Hanc amat, hanc summa de re, uel pace, uel armis  
Consultit: huic curas, & clausa palatia mandat,  
Ceu stabulum, uacuumq; domum; sic magna tueri  
Regna nihil patiensq; iugi deluditur orbis.

Mitior alternum Zephyri iam bruma teporem  
Senserat, & primi laxabant germinâ flores:  
Iamq; iter in gremio pacis solenne parabant  
Ad muros Amphysa tuos, autore repertum  
Eutropio, pelagi ne tedia longa subirent,  
Sed uaga lascivis flucret discursibus ætas:  
Vnde tamen tanta sublimes laude redibant,  
Ceu uinctos traherent Medos, Indumq; bibissent.

Ecce autem flauis Gradius ab usq; Gelonis  
Arus cruentato repetebat Thracia currus.  
Subsidunt Pangæa rotis, alteq; sonoro  
Stridunt axe niues, ut uertice constituit Hemi,  
Foemineasq; togas pressis conspexit habenis,  
Subrisit crudele pater, tristisq; micantem  
Quassauit galeam, tunc implacabile numen  
Bellonam alloquitur, que sanguine sordida uestem,  
Illyricis pinguis peccat cladibus hydros.

Necundum mollitie, necundum germana mederi

LIBER SECUNDUS 56

Possimus Eo, & nuncquam corrupta rigescunt  
Secula, Cappadocum tepidis Argus aceruis  
Aestuatu infelix, etiam nunc pallet Orontes.  
Dum percutunt meminere mali; si corda parumper  
Respirare sinas, nullo tot funera sensis  
Pretereunt, stantiq; leuis iactura cruxoris.  
Aspicis obsecnum facinus? quid crinibus ora  
Protegis? heu quales se se diffundit in actus  
Parua quies? quantum nocuerunt ocia ferri?  
Qui caruit bellis Eunicho traditur annus.  
Actum de Trabeis esset, si partibus una  
Mens foret. Hesperis: rueret derisa uetusq;  
Nullaq; calcati starent ueſſigis iuris  
Ni memor imperij Stilico, morumq; priorum  
Turpe relegasset defenso à Tybride nomen,  
Intactamq; nouo seruasset crimine Romam.  
Ille dedit portum, quo se pulsata referret  
Maiestas Latij, deformatasq; secures.  
Ille dedit fastos, ad quos oriente relicto  
Confugeret sparsum maculis seruilibus æuum.  
Quam similes haec aula uiros (ad moenia uifus  
Dirige) num saltem tacita formidine mussant?  
Non dannant animo: plaudentem cerne senatum  
Et Bizantinos proceres, Graiosq; quirites.  
Opaxibus plebes, ò digni consule patres.  
Id, quod Farmati cessant, & nulla uirilis

Inter

CLAUDIANI IN EUTRO.

Inter tot gladios, sexum reminiscitur ira?  
 Huccine nostrorum cinctus abiere nepotum?  
 Sic Bruti despectus honos: ignosc parenti  
 Romule, quod serus temeritatis fascibus ultor  
 Aduenio, iam iam largis haec gaudia faxo  
 Compescit lachrymis. Quid dudu*m* inflare moraris  
 Tartaream Bellona tubam? quid stringere falcem  
 Qua populos à stirpe metis molire tumultus,  
 Excute delicias, Thracum, Macedumq; ruinæ  
 Tædet, & in gentes iterum sœuire sepultas.  
 Damna minus cōsueta mouet, trans æqua sœuas;  
 Verte faces, alijs exordia sume rapinis.  
 Non tibi Riphæis hostis querendus ab oris:  
 Non per Caucasas accito turbine ualles  
 Est opus, Ostrogothis colitur, mixtisq; Gothunnis  
 Phryx ager, bos parua poterunt impellere causæ  
 In scelus. Ad mores facilis natura reuerti.  
 Sic erat in nostro quando iam milite robur  
 Torpuit, & molli didicit parere magistro.  
 Vindicit Arctous uiolatas aduena leges,  
 Barbara Romano succurrant arma pudori.  
 Sic fatus, clypeo quantum uix ipse deorum  
 Arbiter infesto, quum percutit aethera nimbo  
 Intonuit, responsat Athos, Hæmusq; remugit,  
 Ingeminat Rhodope, raucum concussa fragorem,  
 Textuist Cornua cana gelu mirantibus excutit undis

Hebrus,

LIBER SECUNDUS 57

Hebrus, & exanguem glacie timor alligat istrum.

Tunc adamante grauem, nodisq; rigidibus hastam,  
 Telum ingens nulliq; deo iaculabile torcit.

Fit late ruptis uia nubibus, illa per auras

Tot freta, tot montes, uno contenta uolatu

Transfilit, & Phrygia medijs affigitur oris.

Taruis

Sensi humus, gemuit Nyseu palmitæ felix

Hermus, & aurata Paxtulus inhorruit unda,

Totacq; submissis fleuerunt Dindyma syluis.

Nec dea premissæ stridorem segnius hastæ

Consequitur: centumq; uias meditata nocendi,

Tardem Targibulum (Getica dux improbus aule

Hic erat) aggreditur: uiso tum forte redibat

Eutropio: uacuus donis, seritasq; dolore

Creuerat, & teneris etiam quæ crimina suadent

Ingenijs Scythicum pectus flammabat egisias.

Huic sece ualui simulatae coniugis offert,

Mentitoq; ferox incedit barbara gressu,

Carbaeos induita sinus, post terga reductas,

Vberibus propior mordebat fibula uestes,

Inq; orbem tereti mitra redeunte capillum

Strinxerat, & uirides flauescere iuss'erat angues.

Aduolat, & nueis reducem complectitur ulnis,

Infunditq; animo furiale per ocula uirus.

Principi quām largo ueniat, quas inde reportat

Uantias, astu rabiem motura, requirit.

H

CLAVDIANI IN EUTRO.

Ille iter ingratum, uanos deflere labores,  
 Tquem Quos super Eunuchi fastus, tqua probra tulisset.  
 Roma Continuo secat ungue genas, & tempore pandit  
 Arepto gemitus: I nunc deuotus aratris  
 Scinde solum, positoq; tuos mucrone sodales  
 Ad rastros sudare doce: bene rura Gothunnus  
 Excolet, & certo disponet sydere uites.  
 Felices aliae quas debellata maritis  
 Oppida, quas magnis quaestis uiribus ornant  
 Exuiae, quibus Argiae, pulchre, q; ministrant  
 Tessalides, famulas & qua meruere Lacenae.  
 Me nimium timido, nimium iuxtere remisso  
 Fata uiro, totum qui degener exuit istrum,  
 Qui refugit patriæ ritus, quem detinet æqui  
 Gloria, concessioq; cupit uixisse colonus,  
 Quā dominus rapto, qd pulchra uocabula pigris,  
 Iprætentas t Pertentias uitij: probitatis inertia nomen,  
 Iustitiæ formido subit: tolerabis iniquam  
 Pauperiem, cum tela geras? & flebis inultus,  
 Qum paleant tantæ nullis custodibus urbes?  
 Quippe metus pœne, pridem mos ille uigebat,  
 Vt meritos colerent, impasatiq; rebelles  
 Vrgerent odij, at nunc qui scederat rumpit  
 Dittatur, qui seruat eget, uastator Achiae  
 Gentis, & Epirum nuper populatus inultam,  
 Tamicos Poſſidet Illyricos iam quos obſedit t amictus.

Inreditur

LIBER SECUNDVS 58

Inreditur muros, illis reffonsa daturus,  
 Quorum coniugibus potitur, natosq; peremit.  
 Sic hostes punire solent: hæc præmia soluunt  
 Excidij, cunctarvis adhuc & numerumq; tuorum  
 Reſpicis? exiguumq; manum? tu rumpe quietem.  
 Bella dabunt socios, nec te tam prona monerem,  
 Si contra paterere viros, nunc alter in armis  
 Sexus, & eunuchs se defensoribus orbis  
 Credidit, hos Aquile, Romanaq; signa sequuntur.  
 Incipe Barbaricæ tandem te reddere uitæ.  
 Te quoq; iam timeant, admirenturq; nocentem  
 Quem fbreuerè pium, spolijs prædaq; repletus  
 Qum libeat Romanus eris. Sic fati repente  
 Indiram se uertit auem, rostroq; recurvo  
 Turpis, & infernas tenebris obscurior alas  
 Aufſicium ueteri ſed ferale ſepulchro.

t infernis

Ille pauc postquam resolute corde queuit,  
 Et rigidæ federe comæ, non distulit atrox  
 Iuſſa deæ, ſocijs quæ uiderit, ordine pandit,  
 Inuitatq; ſequi, coniurat barbara pubes  
 Nacta ducem, Latijsq; palam desciuit ab armis.  
 Pars Phrygie, Scythicis quæcūq; Triombus alget  
 Proxima t Bithynos, ſolem quæ condit Ionas,  
 Quæ leua attingit Galatas, utrinq; propinquui  
 Finibus obliquis Lydi, Pisideq; feroces  
 Continuant australē latus, gens una fuere

t Bithyno

H 2

CLAVDIANI IN EUTRO.

Tot quondam populi, prisū cognomen, & unum,  
Appellata Phryges. sed quid non longa ualebit  
Permutare dies & dicti post Mæona regem  
Mæones, Aegæos infedit Græcia portus.  
Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.  
Nuper ab oceano Gallorum exercitus ingens  
Illi antè uagus tandem regionibus hæsit,  
Cœsaq; depositus, Graio iam mitis amicu  
Pro Rheno poturus Halym. dat cuncta uetusas,  
Principium Phrygibus, nec rex Aegyptius ultra  
Restituit, humani postquam puer uberis expers  
In Phrygiam primum laxauit murmura uocem.  
Iccinit Hic i'ccedit Libycis iactata paludibus olim  
Tibia, foedatam quum reddidit umbra Minervam.  
Hic & Apollineca uictus testudine pastor  
Suspensa memores illustrat pelle Celenas.  
Quattuor hic magni procedunt fontibus annes  
Auriferi, nea miror aquas radiare metallo,  
Quæ toties lauere Midam, diuersus ad Austrum  
Cursus, & Arctoum fluuijs mare, Dindyma fundit,  
Sangarius uitrei puro qui gurgite Galli  
Auctus, Amazonij defertur ad ostia Ponti.  
Icarium pelagus, Mycaleaq; littora iuncti  
Marisia, Mæanderq; petunt: sed Marisia uelox  
Dum suus est, flexuq; carens, iam flumine mixtus  
Mollitur Mæandre tuo, contraria passus

Quam

L I B E R S E C V N D V S 59

Quam Rhodano stimulatus Arar, quos inter aprica  
Planities, Cereriq; fauet, densisq; ligatur  
Vittibus, & glaucos fructus attollit oliue.  
Diues equis felix pecorum, preciosaq; picto  
Marmore, purpureis cedit cui Synada uenis.  
Talem tum Phrygiam Gethis populantibus ur  
† Permisere dei, securas barbarus urbes  
Irrupit, facilisq; capi: spes nulla salutis,  
Nulla fugæ, putribus iam propugnacula saxis  
Longo corrueant aeo, pacisq; senecta.

Interea gelida secretis & partibus Idæ  
Dum sedet, & Thyas spectat de more Cybele,  
Curetumq; alacres ad tympana suscitat enses:  
Aurea sanctarum decus immortale comarum  
Defluit capitii turris, summaq; uolutus  
Vertice crinalis uiolatur puluere murus.  
Obstupere truces omen Corybantes, & imo  
Fixa metu, tacitas presserunt Orgia buxos.  
Indoluit genitrix, tunc sic irata profatur:

Hoc mibi iampridem Lacheis lōgeua canebæ  
Augurium: Phrygia casus uenisse supremos  
Delapsus testatur apex, heu sanguine qualis  
Ibit Sangarius & quantasq; cadavera lenti  
Mæandri passura moras & immobilis hæret  
Terminus. hec dudum nato placuere Tonanti.  
Faret finitimus luctus, frustraq; Lyæi,

† Promisero

† Trupibus

H 3

## CLAVDIANI IN EUTRO.

Non defensuros implorat Lydia thyrsos.  
Iamque uale Phrygiae tellus, perituraque flammis  
Moenia, conspicuas que nunc attollitis arcis,  
Mox campi, nudumque solum: dilecta ualete

Tnon istis Flumina, nec uestris ultra bacchabor in antris:  
Nec iuga sulcabit noster Berecinthia currus:  
Dixit: et ad tristes conuertit tympana planctus.  
Labentem patriam sacris ululatibus Atys  
Personat, et lachrymis torui maduere leones.  
Eutropius, neque at quamvis metuenda taceri  
Clades, et trepidus uulgauerit omnia rumor,  
Ignorare tamen fingit, regnique ruinas  
Disimulat, paruam latronum errare ceteruam  
Ad fontes, tormenta magis quam tela parari.  
Nec duce frangendas iactat, sed iudice uires.

Tuallibus Vasta uelut Libya uenantum uocibus ales,  
Quum premitur calidas cursu transmittit harenas,  
Inquit modum ueli sinuatis flamine pennis  
Puluerulenta uolat, si iam uestrigia retro  
Clara sonent, obliita fugae stat lumine clauso,  
Ridendum reuoluta caput, creditque latere,

TQuem Quae non ipsa uidet: furtim tamen ardua mittit  
Cum donis promissa nouis, si forte rogatus  
Definat, ille semel nota dulcedine prede  
Se famulo seruire negat, nec grata timentum  
Munera, militiam nullam, nec prima superbos

## LIBER SECUNDUS 60

Cingula dignari, nam quis non consule tali  
Vilis honor: postquam precibus mitescere nullis,  
Non auro ceſſile uidet, creberaque recurrit  
Nuncius incassum, nec spes iam foederis extat.  
Tandem consilium belli confessus agendi,  
Ad sua tecla uocat iuuenes, uenire proterui  
Lasciuique senes, quibus est insignis edendi  
Gloria, corruptaque dapes uariaſſe decorum,  
Qui tacentrum inuitant precio, traduntque palato †Venerem  
Sydereas lunonis aues, et si qua loquendi  
Gnara coloratis uiridis defertur ab Indis:  
Quae ſit trans regna cibus: quorumque profundans  
Ingluuiem, non Aegeus, non alta Propontis,  
Non freta longinquis Maeotida piceibus explent.  
Vestis odorata studium, laus maxima, rizum  
Per uarios mouisse sales, minimeque uiriles  
Munditiae, compiti uultus, oneriisque uel ipsa  
Serica, ſin Hunnis feriat, ſin Sarmata portas,  
Solliciti ſcenae, Roman contemnere sueti,  
Mirarique ſuas quas Bophorus uobruiit aedes, Tablue  
Saltandi dociles, aurigarumque periti.  
Pars humili de plebe duces, pars compede furas,  
Cruraque signati, nigro luuentia ferro,  
Iura regunt, facies quamvis inscripta repugnet,  
Segi, ſuo prodat titulo, ſed prima potestas †Subnixa  
Eutropium praefert. Hosio ſubiecta ſecundo

## CLAVDIANI IN EUTRO.

Dulcior hic sane cunctis, prudensq; mouendi  
 Tsumo Iuris, & admoto qui temperat omnia t'nafo  
 Feruidus: accensam sed qui bene decoquat iram.  
 Conidunt apices gemini ditionis Eoæ,  
 Tuulnere Hic coquus, hic leno, defossi uerbere terga,  
 Seruitio, non arte pares, hic sepius emptus,  
 Alter ad Hispanos nutritus uerna penates.  
 Ergo ubi collecti proceres, qui rebus in arctis  
 Consulerent, tantisq; darent solatia morbis,  
 Obliti subito Phrygiae, bellisq; relictis  
 Ad solitos ex pere iocos, & iurgia Circi  
 Tendere, ne quicquam magna confligitur ira.  
 Quis melius uibrata puer uertigine molli?  
 Membra rotet; ueritat quis marmora crine supino?  
 Procerus Quis magis enodes t'laterum detorqueat artus?  
 Quis uoci digitos, oculos quis moribus aptet?  
 Nereus Hi tragicos meminere modos, his fabula t' Tereus,  
 Choro His needum cõmissa t'boro cantatur Agae.  
 Increpat Eutropius, non hac spectacula tempus  
 Tannorum poscere, nunc alias armorum incumbere curas.  
 Se satis Armenio fessum pro limite cingi,  
 Nec tantis unum subsistere posse periclis.  
 Ignoscant senio, iuuenes ad prelalia mittant.  
 Qualis pauperibus nutrix inuisa puellis  
 Adsidet, & tela communem querere uictum  
 Rauca monet festis illæ lusisse diebus

Orant,

## LIBER SECUNDVS 61

Orant, & positis equænas uisere pensis,  
 T'ratæq; operi, iam lasso pollice fila  
 Turbant, & teneros detergunt stamine fletus.  
 Intentæq;  
 Emicat extemplo cunctis trepidantibus audax  
 Crassa mole Leo, quem uix Cyclopea solum  
 Aequatura famæ, quem non ieuma Celeno  
 Vinceret, hinc nomen fertur meruisse Leonis:  
 Acer in absentes, lingue iactator, abundans  
 Corporis exiguisq; animi, doctissimus artis  
 Quondam lanificæ, moderator pectinis unci.  
 Non alius lanam purgatis sordibus æque  
 Prebuerit calathis, similis nec pinguis quisquam  
 Vellera, per tenues ferri producere rimas.  
 Tunc Ajax erat Eutropij, lateq; fremebat.  
 Non septem uasto quatiens umbone iuuencos,  
 Sed quam perpetuus dapibus, pigrorq; sedili,  
 Inter anus, interq; colos onerauerat aluum.  
 Assurgit tandem, uocenq; expromit anhelam:  
 Quis nouis hic torpor socij? quonam usq; sedemus?  
 Fœmineis clausi thalamis? patimurq; periculum  
 Gliscere desidia? graviorum turba malorum  
 Texitur, ignavis trahimus dum tempora uotis.  
 Me petit hic sudor, nunquam mea dextera segnis  
 Ad ferrum, faveat tantum Tritonia coepitis,  
 Incepsum peragetur opus. iam cuncta furore  
 Qæ grauat, efficiam leuiorem pondere lanæ

H 8